# SECRET ALCHIM
# DE THOMÆ

1 5 9 8

# SECRETA ALCHIMIÆ MAGNALIA D. THOMÆ AQVINATIS,



De Corporibus supracœlestibus, & quòd in rebus inferioribus inveniantur, quoque modo extrahantur: De Lapide minerali, animali, & plantali.

Item Thesaurus Alchimiæ secretissimus, quem dedit fratri suo Reinaldo.

ACCESSIT ET IOANNIS DE RVPESCISSA Liber lucis, ac Raymundi Lullij opus pulcherrimum, quod inscribitur Clavicula & Apertorium in quo omnia quæ in opere Alchimiæ requiruntur, venustè declarantur, & sine quo, ut ipse testatur Lullius, alij sui Libri intelligi nequeunt.

Opuscula studiosis artis secretissimæ, ut summè necessaria, ita lectu iucundissima.

Operâ DANIELIS BROVCHVISII, artium & Medicinæ Doctoris nunc primùm in lucem edita.

*Cum Præfatione D. Ioannis Heurnij.*



LVGDVNI BATAVORVM,
Ex Officinâ Thomæ Basson.

cIↃ. Ↄ. IIC.

## AD LECTOREM.

*Qua te torquebant aliorum ænigmata Lector,*
*Explicat ista modò pagina rara tibi:*
*Possit ut abstruso quicquid natura Lapillo*
*Condidit, ingenuis arte patêre viris:*
*Possit & Argentum subitò, vel Cinclus in Aurum*
*Vertere, qui præsens calleat artis opus.*
*Ergo agè naturæ loca inaccessa hacce potentis*
*Arte petas, Liber hic dum tibi monstrat iter.*

# D. IOANNIS HEVRNII APVD VLTRAIECTENSES MEDICI, AD CANDIDVM LECTOREM PRÆFATIO

SI veterum scriptorum monumenta, ut sunt Olympiodori, Elamidæ, Zosymi, Hebes Mesues perscrutemur, ante multa sæcula apud Ægyptios (à quibus tanquam uberrimo de flumine, totæ politioris doctrinæ mercès dimanârunt) Chemica mysteria viguisse intelligemus, adeò ut hac sola liberandi ars præclaris primævorum parentum ingenijs exercitamen datum videri possit; ideoq; capacior illorum mens divinarum rerum, illam omnibus honoribus decoravit; nobis peiore ætate natis paulatim senescente mundo, ac fœcunda parentum seminis efœta languente vi, disciplinarum minus nobilium excolendarum occasionem reliquerunt. Interim tamen ne alta suorum ingeniorum agitatione ac industria inventa Chemij ars (quam multo sudorum madore ac mentis philosophicæ impulsu nacti fuerant omni laude dignissimi viri) extingueretur, monumenta eius apud suos reliquerunt; se enim non tam sibi quàm posteris omnibus editos putabant, ac ad illorum usus labores omnes contulerunt. Quare iuniores adhortans Razes dicit, Rogo te fili ut indefessa lectione philosophiæ libres scruteris, ut & eius filius esse & huius arcani magisterij habere sagaciam merearis: qui enim in legendis libris deses extiterit, in præparandis rebus promptus esse non poterit, quia non potest de levi eius in praxi manus clarescere, nisi cuius mens in theorica prius maceretur; ille enim ad operationes securus accedit, cuius in mente plures operationum imagines resultant. Sciebat hic vir doctus quantum an iqui scriptorum reliquissent, ut nostro imbelli ingenio subsidium adferrent; etenim divinis ignicules præclarioris industriæ in nobis extinctis, nihil adiumenti

 restabat,

restabat, quàm ut ex scripto senioris sæculi arcana artis intelligerent posteri, cumq; ut scribit Herodotus, Colchi originem traxerint ab AEgyptijs, sectumq; fuissent vellera ovium, in quibus depinxerant olim hanc artem; non mirum fuit si tota Græcorum nobilitas duce Iasone, ut hoc regi scriptum vellus eriperet, in præsentem sui internecionem se præcipitarit, cum toot procellis expositum tam vastum mare peragrandum esset, & cum tam feroci rege, populo draconibus ignivomis pestilentiore cincto manus conserenda esset. Nec discrimen vitæ hos terruit, nec longus navigandi labor, quo priscum parentum opus Oeta eriperent, suamq; regionem eo ditarent; quod & pulchrè præstiterunt; dum enim ea arte regni proceres docti erant, & potentissimis totius mundi Monarchis tam exiguum regnum formidabile erat, cum hodie hac deleta ibi arte, etiam extremam tyrannidem qua opprimitur sibi excutere nequeat. AEgyptum autem & Colchidem hac arte nobilitatas olim fuisse mirum nulli videri debet, etenim qui priorem mundum habitabant prisci parentes, amœniorem eius partem incoluisse constat, quæ scilicet fluminibus illis, sacro elogio celebratis terminatur, cui & adiacet AEgypti regio, illam & doctrina illorum ornatam fuisse rectè putamus: tandemq; superveniente diluvio alveis fluminum confusis, quæ æneis scripserant columnis supermansisse, reliqua cum Noha ad Colchidem circa quam in monte Ararat arca constitit demigrasse. Vnde excellentioris mentis impulsu motus abderita ille Democritus, ut naturæ abdita intelligeret mysteria, opus quibus satis abundabat abdicavit, ac Indiam, Scythiam, AEgyptumq; pervagatus est, ac Dardani AEgypti magi libros quos secum in sepulchro condiderat, effodit; in quibus aureum illud philosophiæ effudit flumen ipsa stupescente natura: tandemq; omni disciplinarum genere refertus redit, ac libros spagyricos (quos & hodie quodam in loco extare scio) conscripsit: Pythagoras eandem ob causam AEgypto adnavigavit, tamq; intimè hanc perscrutatus est scientiam, ut integrum suum eius auro tam crassè obduxerit, ut totum aurum inditatum fuerit. Plato ab AEgyptiorum sacerdotibus easdem artes didicerat; unde non mirum si viri philosophi olim aurum à principibus oblatum viris contempserint, cum regum regibus imperarent.

*varent. Ast instar coniuratarum phalangium sacramento astri ctarum hoc indicium artis abdebant, non nisi AEgyptiorum sacerdotibus, qui & ipsi ut quoque Hermes Trismegistus reges erant, aut regia stirpe nati, exploraudum: etenim apud Persas, AEthiopes, Chaldaeos, Indos, ac AEgyptios qui hanc artem exercebant, non erant sycophantae, aut agyrtae plebei, sed regio stemmate procreati viri, qui in omni philosophiae genere, adeò ut penetralia quoque ima vulgo abdita intelligerent, enutriti, ac Astrologicae artis secretioribus perspectis sagacissimis evaserunt maritandarum impetu naturae rerum natura constantium investigatores, ex quarum combinatione nunquam satis admirandos, plebeisq; nunquam persuadendos effectus proferebant. Genetrix Numae Pompilij admodum his artibus docta, eum in illis enutrierat, adeò ut factus Romanorum rex Pythagorae secretiores res conscriptas, secum sepeliri voluerit. Haec autem in AEgyptio nata fuerant, unde & tanta copia auri ibi procudebatur, ut iustum sapè Romanis intulerint bellum, ita ut Diocletianus Imperator somitem contagij bellici nullum intellexerit alium, quàm hunc auriferi rivi fontem. Hinc cum Alexandriam occupasset, omnia Chemica scripta vulcano dicavit, ne opibus inde auctis Romanum imperium bello conscinderent. Nec Romanus Imperator ut horum scripta deleret, octo menses obsedisset Alexandriam, nec divinis praediti ingenijs viri tot labores ac pericula adijssent, ni quid recōditae ac remotioris divinitatis illis artibus celari impulsu rationis advertissent. Intelligebat Orpheus, & ex illo Timaeus, Pytagoras, ac Plato naturam rebus indidisse cunctis quasdam occultas & seminarias rationes, quibus cū data esset magna opportunitas, ut sese liberare possent vinculo elementali quo stringebantur, prorumperent ad mirandos suos edendos effectus: Longa enim rationum serie observarant, inesse universi rebus quibusdam consortij semina congenita, quibus ut maturescant crudiora se allici patiuntur, ut perfectiore lumine afflentur, ut argentum vivum auro prolicitur, ferrum magnete: sic alia natura producta res, citra visibilem contactum mutuò sese alteratione afficiunt, quò cuncta suis coloribus depicta mundo ornatissima splendescant. Tam arctis vinculis natura tenuiorum hoc combinantur, ut nemo minimum sese corpori inserant, at spi-*

*vitali seu sydereà agitatione maximè interim quatiuntur, ut Leo qui nec tygrim nec elephantem pavet, imbellis galli aspectu exhorrescit, nam tale illi semen dissidij à natura cum gallo inest, corpus tamen eius non mutatur (cum supprimat id animosa vis, ut vir fortis iram) nec validè tremit, at animosus spiritus flaccescens bellum interim gerit, quisi oculis intueri possit, miram agitationem sui objiceret; sic quædam amica rebus semina sese placidè innguntur, ac bando amplexu perficiunt incredibili alacritatis lætitia, nec tamen sensis corporeo percipienda. Imò si Orpheo, Proclo, ac Theophrasto credimus, maior gemmis sympathia est cum astris ac spiritibus quàm plantis; Vnde quæso id sensibus patet? nonne obnixius contenderemus Heliotropion Solis motui annuere, calendulam singulis Kalendis florere, pulegium Vergilijs stellis in collo tauri occidentibus florere, attamen Orpheus dixit Achatē adeò viribus pollere, ut etiam animos coniugum iungat, ac voti compotes reddat homines. Sdenites albus Arabiæ lapis, varia ex luna motu incrementa ac decrementa sibi ponit. Sic occulto naturæ velamine quam plurima tegi animadverterant illi, cuilibetq; rerum speciei peculiare semen ac astrale, quod ab omni liberum elementali mole, quodq; nec eorum vi angeri nec tabescere posset obtigisse, vt poli magneti: ac in eo divino semine aliquid intelligentiæ propriæ inesse. qua ad pulchrum ac sui perfectionem amore ac desiderio pulchri illius traheretur, quasi proprius quidam dæmon amatorius rebus inesset propagandi studiosus: At hunc Endymonem opprimi, & elementorum mole obrui videbant illi naturæ rerum perscrutatores, at quo modo eum istinc liberare & abstrahere posset, ut freno corporeo excusso, liberiori in campo id spectaculum ederet, ad quod cœlitùs natus erat, ignorantes, totum terrarum orbem sibi peragrandum duxerunt: tandemq; spagyram artem nacti, cœleste id astrū rebus olim fermentatione illa magna, cum simul omnia condidisset Deus mixtum (antequam separasset cuncta) elicuerūt, corporeisq; vinculis solverunt, cœlestiq; impetu quas seminales sympathia purè corporibus elicerent formas adverterunt; sicq; stupenda futuris ediderunt miracula sæculis, adeò ut et hac rerū mulcebratione, spiritus in sui colloquium evocaverint. Illi ut iam patet non erant Agyrtæ Sycophantæ qui tam nobili*

*mentis*

mentis impulsu secretiora naturæ arcana scrutabantur, at quari erant philosophiæ naturalis Astrologiæ (cum Pythagoras Babyloniam quoque, ubi à Semirami altissima constructa turri, motus Saturni observabatur, ob Astrologicam cognitionem adijt) ac medicinæ & cabalæ ut rectè lapidibus amussim admoverent, non amussi lapides, ut illi factitant amousi analphabeti, spretis omnium veterum in quibus emicuit naturæ lux monumentis, eum ut abundè satis demonstravi, Cymerijs tenebris in nobis obumbratum sit illud scientiæ lumen. Sed sagax natura, ne id quod semel magno eduxit conatu pessundaretur, vel apogeis planetarum mutatis, vel coniunctionibus magnis docta in triplicitate celebratis, alijsq; occultioribus motibus veluti classico intelligentiæ naturæq; demoni dato excellentis ingenij indolem, in qua vel scintilla prisca divinitatis emicaret, iterum renasci patitur, ut vel antiqua olim præclarè scripta ad præsentis temporis expoliventur ingenia, aut ut velamine obducta, nudiora ac pulchriora vividioraq; in conspectum proponerentur, ut præsentis ævi aptæ essent usibus. Sic ab Adamo ad Hermetem AEgyptium artes devenerunt, eò quoq; ad Colchidis reges abductæ fuerunt, inde ad Græcum Pythagoram ac Democritum profectæ, nec ibi hæsere perpetuò, sed una cum bellica gloria ad Romanos translatæ fuere. Et ut nihil cum ad summum pervenerit, naturæ crisim subterfugit, ita & magno hoc imperio à Gotis & Vandalis vastato exilio arrepto, Arabiam petierunt, ubi à Gebero & alijs philosophis alebantur, dum Gratiani decretalium conditioris temporibus ferè Thomas hic noster de Aquino omnibus philosophiæ coloribus ornatus, hanc Chemiam ex scriptis veterum philosophorum diligenter perlustrans, naturæ consentaneis inniti videns stabilimentis, ac altiùs quid vulgata philosophia in naturæ recessu latere, nihil non fecit, ut tam divini arcani compos redderetur, ac rei experimentum cœpit, magno sui ut ipse testatur corporis detrimento, ut nisi egestas illum eò abduceret, ut inde vitæ levamen quærat, nunquam id sibi aggredinndum de novo laboriosum opus putet. Certè tam clarè hic auctor rem docet, ut alij qui post eum scripserunt omnes id tantum egisse videantur, ut suis ambagibus tam præclari hominis sententiam obscurarent. Chrysocomum lapidem iam sese nactos putantes, hoc

consecuto tanti auctoris libello verè aureo, tam enim pulchra rationum serie tractat singula, tamq; ex imo philosophiæ adytis adductis rationibus, ut nullus dubitare possit, quin ex splendenti illius pharetra profecta sint argumenta omnia; id enim vitij maximam notam huic arti inussit, ut sub magnorum virorum nominibus, multi prolati sint subditij libelli, ea hîc suspicio omnino absit. Tanta huius philosophi extitit synceritas scribendi, ut & Theophrastus Paracelsus acerrimus huius artis propugnator, ei primas in hac re tribuat partes, laudibusq; omnibus cumulet. Quapropter qui huiusmodi doctrinæ & studium & operam dicastis, non inanibus sciolorum illis receptiunculis animum adhibeatis, quibus nil quàm iacturam temporis, ac auri vor aginem experiemini herpijs ipsis edaciorem; pura enim plerumq; sunt sophysmata digna, quæ in vituperationem veniant omnium hominum, ac ex natura & mundo pulsentur, inventa hominum μελαγχολικῶν qui & hodie suos sequaces inveniunt; etenim hoc deplorato sæculo ignavissimi quam plurimi in hanc messem falcem inserunt, putantes lapidem ex chartaceis receptiunculis, ipsisq; ambiguis deceptionibus idiotarum fabricari, quibus ni plus salis accedat oleum perdent. Qui autem pulchrè & ut aiunt lotis manibus hæc sacra inire velit, rem ab imo naturæ sinu, ut eam in eo posuit Deus, non minus animo quàm corporeis oculis intuebitur, imitationeq; illius tanquam Thesei filo ductus, Labyrinthum naturæ ingrediatur, ac pedem ponet in illam arenam, qua præclarorum virorum impressa vestigia conspiciet. Id si præstiterit, vel invitus ad divini numinis contemplationem trahetur. nam ut scribit Paulus divino afflatus elegio, Deus se ferè manibus in operibus suis tractandum præbet, id igitur fiet maximè cum magnalia eius crassioribus educta corporibus, terrestriq; mole libera conspexerit, ac usibus decentibus adhibuerit: nam ut alio loco scribit hic Thomas, Ars ista vel reperit hominem sanctum, aut reddit eius inventio sanctum. Nullo enim modo prohibetur quo minus arte imitatrice naturalium causarum, proferantur naturales effectus; sic ex herba producitur vitrum, ex bombycum semine si Maiali soli exponatur, seriovmum vermem educi videmus, ac ex rebus inanimatis res viventes procreari, constat quotidiano experimento. Scorpius ut refert Holerius ex ba-

ex basilici herbæ odore, in naso Hispani generatus fuit. Et ex elixatura anatis ad serennum cooperta, generantur bufones, & ex vitulo strangulato apes, & vespæ ex carne asini, & scarabæi ex equina carne, locustæ ex muli carne, natura quoque transmutat triticum in siliginem, calamenthum in mentham, linum in lolium, & econverso. Parisijs Petrus Ramus lapidem tonitru ac fulmine deiectum nobis ostendit, & in Persia deturbantur è cœlo coruscationibus corpora ærea, quæ igne non liquescunt, sed in fumum abeunt. Scribit Munsterus in Dacia fontem extare, qui iniectum illi ferrum in æs transferat, uber mulieris in saxum vi aquæ evasisse Pataviij vidi, referunt alij agrifolium mira metamorphosi cuiusdam aquæ fontaneæ vivida vi, in saxum mutari. Cur igitur alogon omninò erit, crudum metallum eò redigi ut maturescat; cum hic Thomas noster de Aquino, id altissimè ductis rationibus demonstret? Propterea ne quis amplius de possibilitate (ut aiunt) artis dubitet, hoc divinæ indolis viri scriptum in publicum ire, & ad communem utilitatem in lucem mittendum curavit excellentissimus Doctor Daniel Bronchuisius, ne perpetuò sub pulvere delitesceret. In quo quidem nihil quod non egregiè doctum ac maturum sit, offendes; nam si effectus debitæ unde natus est causæ adhibendus siet, quis illo subtilior? quis accuratius ambagibus implicitam veritatem demonstrare potuit? Spero certè hoc opus non modò futurum studiosis non inane, sed etiam doctis gratum, quodq; explicata & læta fronte utentur præclari Thomæ de Aquino laboribus. Vale.

*Ioannes Heurnius Vltraiectensis Medicus.*

# TRACTATVS D. THOMÆ DE AQVINO Ordinis prædicatorum, de lapide Phliosophico, & primò de Corporibus supercœlestibus.

## CAPUT PRIMUM.

ARISTOTELES IN PRIMO METEOROROVM ait, quòd pulchrum & laudabile sit investigare causam inventionis causarum, Sapientes enim videntes effectum rerum scrutantur causas. Nos autem videmus corpora cœlestia agere in elementa, & ex potentia materiæ vnius elementi, vtpote ex materia aquæ, educere formam aëris & ignis. Omne enim agens naturale, agit ut sibi simile educat, ut ignis agit in lignum & educit ignem, & loquor hîc de agentibus naturalibus principalibus. Videntur enim Corpora supercœlestia non sine elementi siue elementalis formæ materia esse, & maximè quia ad sensum videmus sphærā planetarum simplicis oris fore naturæ, quám ipsi planetæ, & planetas crassiora esse corpora & compositiora. Sed ad evidentiam istius veritatis, non secundum quod probavi de influentijs rerum naturalium. Et hoc optimè Rogerius exponit. Omne agens naturale per similitudinem

suam

suam agit, immittendo similitudinem illam in passum, quæ quidem similitudo non est diuersa ab agente in specie, vtpote si stuppa ponatur iuxta ignem, ita quòd non iungatur igni, ignis sicut alia agentia multiplicabit speciem suam per medium, quæ species multiplicabitur, & recipietur in stuppa per actionem ignis naturalem continuam & aptitudinem passibilitatis stuppæ, vigorabitur in ea species quousque sit in completo actu ignis, propter quod patet, quòd similitudo ignis non erat diuersa ab igne in specie Sed quædam res sunt Valde activæ sua actione specifica, ita quòd possunt educere per similitudinem suam, conformando & multiplicando similia omnino sicut ignis. Alia verò sunt, quæ non possunt sibi simile omninò actu educere in subiectum specie sicut homo. Non enim homo posset similitudinem quæ est in medio tantum conformare quod fiat in actu homo, quia homo alijs actionibus est occupatus. Vnde secundum quod probat Rogerius in libro de Influentijs, si homo haberet ita fortem actionē in similitudinem suam, sicut ignis, non est dubium quin illa species fieret verus homo, vnde non potest dici, quòd illa similitudo hominis sit omnino non homo, quia ipse ponit eam sub specie. Cum ergo corpora cœlestia agant in elementis, agunt per similitudinem suam. Cum ergo educant aliquid eis simile, & quasi eiusdem speciei, igitur cum educant ab elemento elementum, & elementis res elementatas, sequitur de necessitate quòd habeant ipsi aliquid de elementis. Et ut plenius videas, cogita hoc in sole qui educit ignem à corpore vrinalis pleni aquæ & à corpore

pore cristallo sphærico. Vnde scire debes, quòd licet agens secundum quod probatum est in libro de influentijs, multiplicat similitudinem suam per lineam perpendicularem rectam & fortissimam sicut patet in stuppa & igne, quę primò iunguntur in puncto illius lineæ consideratæ perpendiculariter. Cum enim vrinale plenum aquæ vel cristallus ponitur ad solem, radij solares qui sunt eorum similitudo, sicut patet si apponatur speculũ quod videbitur ibi sol multiplicari per lineam perpẽdicularem rectam, quę transiens totum corpus non frangitur in aqua, propter fortitudinẽ suę actionis, et per lineas rectas non perpendiculares, aut quæ franguntur in corpore vrinalis, fiunt obliquæ in aqua & transeunt ad aliam partem, et coadunantur in puncto lineę perpendicularis. Et ille punctus fit cõbustibilis, ut si apponatur stuppa statim accendatur, ut patet hic. Propter quod similitudo solis vel radius solis confirmatur, per continuam actionem solis efficitur ignis. Ergo sol habet in se naturam igneam, hoc autem in speculis comburentibus. Pono enim fieri speculum talis compositionis, depositionis, & formæ de chalibe politissimo, quòd tota una linea fiat combustibilis, ita quòd appositum villæ vel civitati vel loco aliquo comburat eum incessanter. Sic dicit Athan in libro de Speculis comburẽtibus. Propter quod manifestum est, solem & alia corpora supercelestia non sine elementali materia esse, nec propter hoc corruptibilia, nec gravia nec levia. Vnde distinguendum est de elementis, quia quædam sunt purissima, simplicia, non habentia virtutem transmutativam unum in reliquum, quia materia

eorum

eorum contenta est sua forma, & ista elementa possunt esse corpora supercœlestia: Nam ponimus ad literam aquam super firmamentum, & cœlum aqueum sive cristallinum. Similiter possimus dicere de alijs elementis, & ab istis elementis corpora supercœlestia esse composita per virtutem divinam aut intelligentiæ regentis ipsam. Ab elementis istis non potest generari gravitas aut levitas, ut dicatur terra illa gravis vel ponderosa, quia solùm inest terræ illæ crassæ & ponderosæ, & quasi elementariæ. Generantur tamen colores in corporibus supercœlestibus ab ipsis elementis. Cum enim corpora supercœlestia quasi sint deaurata, quasi ex hoc scintillantur ex radio percutiente ipsa, sicut scutum deauratum scintillat cum percutitur à sole. Sic ponit Astrologus credendo causam de scintillatione stellarum. Et quia talis color sive deauratio habet generari. Sic Isaac probat & Rogerius in libro de Sensu, ex aliquibus qualitatibus elementalibus, oportet in ipsis naturam elementalem fore. Sed quia illa elementa purissima sunt in suis naturis, & nonnullis accidentibus immixta, oportet quòd in ipsis corporibus sint corporaliter vel proportionaliter, quòd nunquam possint à reliquo superari. Nec de hoc mireris, quia ego per artificium natura cooperante separavi à quibusdam corporibus inferioribus quatuor elementa, ita ut singula haberem ad partem scilicet aquam, ignem & terram, & quælibet de per se depuravi accidentibus in quātum potui quadam operatione secreta, tandem depurata coniunxi, & venit mihi quædam admirabiles res, quæ à nullo istorum etiam inferiorum elementorum subiugatur.

tur. Nam si semper staret ad ignem, nunquam conburetur, & nunquam transmutaretur. Non ergo mireris, si corpora supercœlestia incorruptibilia sunt, quantumcunque sunt ab elementis confecta. Nõ igitur dubium, naturam illam dictam multum participare corporis cœlestis. Vnde dicit Hermogenes qui triplex fuit in Philosophia, Dico aëre terra cum ad perfectionem pervenissem, fuit mihi gaudium, quale nunquam fuit, videnti quintam essentiam sine elementali materia, ut infrà dicemus. Plus habet de potentia pugillus ignis, quàm centum aëris fortè, propter quod unus pugillus ignis fortè intrabit mille terræ. Pondera autem istorum elementorum quomodo haberent se in mixta ignoramus. Per artificium tamen natura cooperante vidi, quòd cum separassem quatuor elementa à corporibus quibusdam, & quodlibet de per se depurassem, in coniunctione ipsorum ponebam æquale pondus aëris aquæ & terræ. De igne verò ponebam, sextam decimam partem, & licet ista confectio sit ex elementis composita, tamen habet magis naturam igneam quàm alterius elementi. Nam proiecta una parte super mille argẽti vivi, sensimus quòd coagulabant ipsum, & rubrũ efficiebat, propter quod meritò apparet illam naturã habere aliquid de natura corporum cœlestium, nam in transmutatione habet se quasi per modum formæ vel agentis potentissimi.

*De corporibus inferioribus, & de esse & essentia Mineralium, & primò de Lapidibus.*

CAPVT.

## CAPUT II.

NVnc verò de corporibus inferioribus tractandum est. Sed quoniam hæc dividuntur in mineralibus, plantis, & animalibus, ideò de esse & essentia Mineralium pertractemus. Mineralia dividuntur in lapides & metalla: Esse ergo est eadem ratione in istis sicut in alijs creatuis, excepto quod esse essentiæ educitur in istis ad actum suppositi, & plures transmutationes quàm in elementis vel corporibus supercœlestibus, nam materia eorum est plurimis formis composita. Materia autem lapidum est aqua, & immixta & grossa, sive habens multum de terreitate vel parum secundum puritatem lapidis. Vnde secundum quod dicit Aristoteles in libro Meteororum (alij tamen capitulum putant esse Avicennæ) terra pura lapis non fit, sed potiùs terra aquea; sicut videmus generari lapides in fluminibus, salem ex aqua salsa, quæ habet multum de terrestreitate, & lapidem per calorem solis & ignis. Est autem materia lapidis aqua grossa, agens autem calor & frigus congelans eam aquam, & essentiam lapidis in actum deducens. Natura enim lapidis reperitur in plantis, in animalibus, quos quidem lapides non sine magna virtute cõsideres: Alij namq; ipsorum congelantur in animalibus virtute caliditatis, & in multis alijs virtuosis lapidibus credens virtuosiores esse lapides, qui procedunt ex animalibus, quàm alios. Alij verò congelantur virtute minerali cooperante natura. Nam sicut dicit Aristoteles, quidam faciunt quandam aquam ex duabus aquis confectam, quam lac virginis appellant, & coagu-

coagulant ipsum in lapidem. Ita autem dicitur fieri ex Litargirio dissoluto in aceto & aqua salis Alkali, cum quælibet aquarum istarum sit valdè clara, ambæ coniunctæ fiunt immediatè quodam affectu minerali una aqua spissa & alba sicut lac. Cum ista ergo imbibunt quod coagulare volunt in lapidem & coagulatur, utpote si calx argēti vel alterius corporis huiusmodi aqua imbuatur, postea in Kimia ad lentum ignem ponatur, fiet lapis, habet enim illud lac naturam coagulandi calces in lapides. Videmus etiam ex sanguine, ovō, & capillo & cerebro & alijs partibus animalium fieri lapides mirabilis efficaciæ & virtutis. Verbi gratia, de sanguine accipiebatur sanguis humanus, & putrifiebat in fimo calido, postea ponebatur in distillatorio, & distillabatur aqua candida, ad modum lactis, postea augmentabatur ignis, & oleum distillabatur, postea fæces quæ remanebant in distillatorio rectificabantur ut albifierent ut nix, & affundebamus eius oleum, & fiebat lapis clarus & rubeus mirabilis efficaciæ & virtutis, ut valeret fluxum sanguinis stringere, & multas infirmitates expellere. A plantis etiam extraximus aquas, sic videlicet, comburebamus plantas in furno calcinationis, præterea convertebamus calcem in aquam, & distillabamus & coagulabamus, & fiet lapis ille optimæ virtutis & efficacię secundum virtutem plantæ, & diversitatem. Quidam etiam faciunt lapides per artificium, ut omnino videantur in omni probatione lapidum, lapidibus similes naturalibus, utpote faciunt hiacinthum similem hiacintho naturali, & saphirum similem alij, qui quidem modus generalis est. Dicūt enim quòd

omnium lapidum pretiosorum materia est cristallus, qui est aqua parum habens terrestreitatis coagulata per actionem fortioris frigoris. Molet enim cristallum super marmor, & imbibunt quibusdam aquis acutis, clarissimis, dissolventibus sua acuitate multoties molendo & desiccando, ut fiant quasi una natura, postea ponunt eam confectionem sub fimo calido, & ibi ad tempus cõvertitur in aquam, quam aqua distillant, ut clarificetur, & partes subtiliantur. Postea habent aliam aquam rubeam confectam ex urina puerorũ & vitriolo calcinato rubeo. Similiter multoties distillant & coniungunt ambas aquas secundum pondera, & ponunt in fimo ut melius coniungantur, & simul distillant, & postea ad lentum ignem in Kymia congelant, & fit lapis omnino similis Iriac intro: & quando volunt facere Saphirum, habent secundam aquam factam cum urina & Azichmo [al. Azurino] & sic de alijs secundum diversitatem colorum, ex quibus omnibus patet naturam lapidum esse aquam, Agens autem in illam naturam esse calorem vel frigus, ut fit scilicet calor tenuis, vel frigus intensissimum quæ educunt ab ista materia formam lapidis in aquam suppositam vel sepultã. In lapidibus autem tria videmus sicut in alijs rebus, scilicet substãtiam, virtutem, & operationem. Habemus iudicare de virtutibus per operationes secretas efficacissimas et occultas in quibusdam lapidibus, sicut sunt operationes naturæ & corporum supercœlestium. Non enim est dubium quin habeant aliquid de virtute occulta corporum supercœlestium, & si de virtute aliquid & substantia habent, et non dicunt quòd de

substan-

substantia stellarum sint compositi, sed dicũt quòd habent aliquid supra virtutes istorum quatuor elementorum, ut aliqui lapides participant aliquid de natura stellarum, sive corporum supercœlestiũ, secundum quod tetigi in tractatu de corporibus supercœlestibus. Quia separavi à quibusdam corporibus quatuor elementa, depuravi, & depurata coniunxi, venit mihi lapis tantæ efficaciæ & virtutis, ut esset natura mirabilis, contra quem nõ habent potestatem elementa grossa inferiora, de quo Hermogenes (quẽ Aristoteles vocat patrem qui triplex fuit in philosophia, & perfectus omnino quoad substãtiam scientiarũ et virtutis earum & operationis earum) dicit, fuit mihi gaudiũ quale nunquã fuerat, videnti quintã essentiam sine elementali natura de virtutibus inferioribus. Propter quod evidenter apparet, quòd aliqui lapides aliquid habent de quinta essentia, & plenè & manifestè est notum, ratio est operantis hanc hodiernam artem.

*De esse & essentia metallorum, & primò de eorum esse & essentia seu compositione naturali & esse suppositi.*

CAPUT III.

ESse suppositi metallorum educitur à materia sui planetæ & naturarum, similiter & per artificium. Ergo cum sint septẽ metalla, quodlibet metallum educitur à suo planeta, videlicet Aurum à Sole, & vocatur Sol, Argentum à Luna, Ferrum à Marte, Argentum vivum à Mercurio, Stannum à Iove, Plumbum à Saturno, Cuprum & æs à Venere, & nominibus suorum planetarum nuncupãtur.

## *De Materia Substantiali.*

MAteria substantialis omnium metallorum est argentum vivum, vnde in aliquibus metallis est coagulatum debili congelatione, in aliquibus forti: Ita fit gradus in metallis secundum gradus actionis planetarum & sulphuris omnino puri congelati Argenti vivi & illa metalla in quibus parum congelatum vel terrestre, habent se per modum materiæ, & in potentia per comparationem seu oppositionem ad alia metalla, vt puta plumbum est argentum vivum terrestre parum congelatum, ex subtili sulphure & pauco, & quia actio sui planetæ est distans & debilis, habet se in potentia ad stannum, ad cuprum, ad ferrum, ad argentum, ad aurum. Stannum verò est argentum vivum clarum coagulatum parum à sulphure grosso & non puro, propter quod se habet in potentia ad cuprum, ferrum, argentum, & aurum. Ferrum verò est argentum vivum grossum terrestre, ex sulphure terrestri valdè grosso, ex actione sui planetæ fortiter coagulatum, & ideò se habet in potentia ad cuprum, argentum, & aurum. Cuprum autem est coagulatum ex sulphure multo & argento vivo mediocriter grosso, cooperante suo planeta, propterea se habet in potentia ad argentum & aurum. Argentum quoq, est ex sulphure albo, claro, subtili, non adurente, & ex argento vivo subtili coagulato limpido & claro, cooperante suo planeta Luna, & ideò solum se habet in potentia ad aurum. Aurum verò est perfectius omnibus metallis, & fit ex sulphure rubeo, claro, subti-

subtili, non adurente, & ex argento vivo subtili & claro, cooperante sole fortiter congelato, ita ut etiam à sulphure cremari non possit, à quo omnia alia metalla cremantur. Patet ergo quòd ex omnibus hijs metallis potest fieri aurum, & ex omnibus præter aurum potest fieri argentum, & hoc patet in mineris argenti & auri, a quibus etiam alia metalla extrahuntur, & ibi reperiuntur coniuncta cum Marchasita auri & argenti. Ex quo nulli dubium est, quod si permitteretur in actione naturæ ad tempus in aurum & argentum converterentur. Vtrùm autem cum ex alijs metallis fit aurum, destruantur substantiales formæ aliorum metallorum, & quomodo hoc fiat, tractabimus in tractatu de esse & essentia rerum sensibilium, ibi tractabitur generaliter quod sit veritas.

## *De esse & transmutatione metallorum, & primò de ea quæ fit per artificium.*

### Caput IV.

TRansmutatio etiam metallorum fit & per artificium, ut esse unius metalli in esse alterius transmutetur. Sanè potest illa potentia deduci in actum, quanquam Aristoteles vel Avicenna dicant, dicant artifices Alchimiæ nunquam species verè transmutari posse, sed postea sequi, nisi fiat reductio in primam materiam: Materia autem prima secundum quod dictum est omnium metallorum propinqua est argentum vivum, sed materia remota est aqua. Sed cum hæc reductio fit multum coniuncta naturæ, imò quasi vtilis natura per artifi-

cium adiuvatur, et ex hoc difficilis, et ex huiusmodi difficultate multi stulti facti sunt, per hãc scientiam expendentes iuventutem suam, & facultates in vanum, seducentes postea reges & principes, & hoc adeò ut reges desperanda de veritate huius scientię, eam non perquirant nec scire appetant, tot enim libri erronei totq; fatuitates, totq; operationum diversitates ab istis ignorantibus scriptæ sunt, ut cum omnia tua operando per ipsa expenderis, de scientia desperando effectum minimè consequeris. Ego verò hęc omnia considerans, et quomodo reges habuerant operationes subtiles, & vix aut nunquam potuerunt ad perfectionem pervenire, credidi hanc scientiam nihil fore: Sed ad me reversus, consideravi libros Aristotelis seu Avicennæ in secretis secretorum, & inveni eos vacuos ratione, quantumcũq; factum sive scientiam confusè & in ænigmate aliqualiter declarant. Consideravi libros contradicentium eis, et inveni eorum alienationes similes: consideravi & principia naturalia, & inveni per ipsa posse fieri. Vidi namq; argentum vivum penetrare & transire alia metalla, ut si contingas æs ex argento vivo mixto cum aliquanto de sanguine & argilla, penetrabit eum exteriùs & interiùs, & efficiet ipsum album, quamvis ille color non duret. Iam ergo argentum vivum habet mixtionem cum corporibus & penetrationem. Cõsideravi ergo quid sustineretur ne evolaret, & esset fixę dispositionis cum corporibus, et faceret quòd cuprum et alia corpora, non comburentur ab alijs quę comburuntur cuprũ et non comburũt argentũ, quod esset prout argentum & haberet potestatem talem. Sublimavi igitur argentum

gentum vivum multotiés, intuit efficeretur fixæ dispositionis, ut scilicet nõ evolaret ab igne, quod sublimatum dissolvi in aquã, ut fierent reductio in primam materiam, & ex prædicta aqua calcẽ argenti et arsenicum sublimatum fixum multotiens imbui, quod totum dissolvi similiter in fimo equino calido, quo dissoluto congelavi, & evenit mihi lapis clarus sicut cristallus habens naturam scindẽdi seu tundendi, penetrandi, et in corporibus retinendi, ita quòd si parum huius super multum æris proieceris, statim ab eo educet formam argenti puri, quò nullum melius reperitur. Accipiebam autem, ut in aurum eum converterem, rubedinem sulphuris nostri, bulliendo ipsum in aqua acuta super lentum ignem, quæ aqua efficiebatur rubea, quam distillabam per alembicum, & manebat in fundo cucurbitæ rubedo sulphuris pura, quã congelabam cum dicto lapide albo, ita quòd efficiebatur rubeus, & parum huiusmodi super multum æris proiectum efficiebat aurum purissimum. Iste tamen modus quem ego pono generalis est & occultus, nec pono eum propter hoc, ut aliquis incipiat operari, nisi fortè esset multùm perfectus in modis sublimationum, distillationum, & congelationum, nec non in formis vasorũ, & in quantitate et qualitate ignium. Vidi etiã apud Bealgar sublimatum, quantumcũq; non fixum super cuprum proiectum dealbat ipsum multùm, in tantũ, quòd fit medietatem puri argenti admisceas, habebis bonũ argentum, sed tamen non purum, nam ab igne non exit album. Hoc idem facit Auripigmentum sublimatum, sed iste modus dictus est transmutare unum metallum in aliud.

## *De esse & procuratione novi Solis & Lunæ per virtutem sulphuris extracti à lapide minerali.*

### CAPUT V.

EST tamen alius modus nobilior transmutandi, scilicet argentum vivum in aurum vel argentum, per virtutem sulphuris rubei & albi, clarissimi simplicis non adurentis: secundum quod dicit Aristoteles in secretis secretorum, ubi ponit modum valdè generalem & confusè, nam illud est absconditum sapientibus, & dixit ad Alexandrum, Divina providentia juvet te ad celandum propositum, & ad implendum arcanum, propter quod obscurè tractabo, nominando res aliquas à quibus educitur talis natura ita potens & nobilis. Librum enim istum non edidi propter vulgares, sed propter perfectos. Hortor autem ne aliquis præsumat incipere opus, propter hæc quæ dicenda sunt, nisi sit multùm peritus & expertus in principijs naturalibus, & multùm discretus in modis distillationis, dissolutionis, & congelationis, & in ignibus maximè. Nescit homo qui velit hoc propter avaritiam præparare, sed cum discretione & diligentia agere. Est ergo quidam lapis mineralis à quo educitur huiusmodi virtus, scilicet sulphuris albi vel rubei clari, quod non aduritur, & educitur per separationem quatuor elementorum, & depurationem & coniunctionem ipsorum.

## *De operis mineralis enumeratione.*

Igitur

IGitur in nomine Domini accipite de eo libram unam, & tritura fortiter super marmor, & imbue cum libra una & media purissimi olei olivarum communis philosophorum, ut fiat sicut pasta, quam pastam pone in sartagine physico super ignem, & totum dissolvetur, & cum videris spumam rubeam ascendentem, depone ab igne, quousque descendat, semper movendo cum spatula ferrea, & cum descenderit, iterum pone super ignem, & hoc toties iterando quousq; fiat spissum sicut mel. Postea proijce super marmor, & citò congelabitur, & fiet ad modum frusti carnis, aut sicut hepar benè decoctum, quod incide ad modum unguis tui, in frusta, & habeas tantundem de oleo tartari quintæ essentiæ, & unà pone ad ignem in sartagine sua, & ferveat ibi quasi duabus horis. Postea pone in amphora vitrea lutata luto sapientiæ, & stet sic super ignem lentum tribus diebus & tribus noctibus. Postea pone amphoram cum medicina in aqua frigida per tres alios dies, tunc confectionem incide ac modum unguis tui, & pone in cucurbita vitrea, & superpone alembicum, & distilla aquam albam ad modum lactis; & hoc est verè lac virginis: cum aqua distillata fuerit, augmenta ignem, & in aliam amphoram extrahe. Et accipe aërem, & erit sicut aër purus pulcherrimus, quia in se continet ignem; & tunc remanebit terra in fundo cucurbitæ nigra, quam calcina in furno calcinationis, quousq; fiet alba sicut nix, tunc redeas ad aquam quam distilla septies, quousque lamina cuprea ignita extincta ter, intus & extra dealbetur penitùs. Hoc idem fac de aëre, hoc est de secunda

aqua, in tertia enim distillatione invenies oleum, & totam tincturam sive ignem in fundo cucurbitæ. Ideo reduc secundò & tertiò, & serva oleum: deinde accipe ignem in fundo, qui est quasi sanguis niger & mollis, quem serva & distilla & reversa, & examina cum lamina sicut fecisti de aqua, & ecce nunc habes modum separandi elementa quatuor. Sed modum coniungendi ferè omnes ignorant. Accipe ergo terram, & super tabulam mundissimam vitream vel marmoream tritura, & da ei ad bibendum de aqua sua quantũ ipsa est in pondere, quousq; fiat sicut pasta, pone in alembico. & distilla cum igne suo, & ex ea aqua quæ distillatur, iterum illud quod in fundo cucurbitæ invenies imbibe, quousque suam aquam totam imbiberit: postea itererum da ei aërem quantum est ad bibendum. eundem ordinem servando sicut cum aqua, & eveniet tibi lapis cristallinus, de quo si parum proieceris super multum argenti vivi, convertet eum in verum argentũ, & ista est vis sulphuris albi non urentis, & completur tribus, scilicet terra, aqua, & aëre. Si autem acceperis septimam decimam partem ignis, & commiscueris cum hijs distillando & imbibendo sicut dictũ est, eveniet tibi lapis rubeus, clarus, simplex, non adurens, de quo si parum super multum Mercurij proieceris, convertet eum in purissimum solem obrisum. Iste ergo est modus de lapide minerali, ut dictum est.

*De Lapide minerali, animali, & plantali huius sexta divisionis vel tractatus*

CAPUT

## CAPUT VI.

EST & alius lapis qui secundum Aristotelem est lapis & non lapis. Est etenim mineralis vegetabilis & animalis rationalis, qui reperitur in omni loco & in omni tempore, & apud omnem hominem, quem debes putrefacere sub fimo, et putrefactum pone in cucurbita cũ suo alembico, & extrahe elemẽta, eo modo quo supra, & cõiunge, & eveniet tibi lapis minoris efficaciæ & virtutis quàm superior. Et non mereris quia dixi tibi quòd putrefiat sub fimo equino calido, sic debet artifex attentare, ut si panem frumenti sub eo ad novẽ dies posuerit, efficietur vera caro admixta sanguine, propter quod credo Deum potiùs elegisse panem frumenti, ut in corpus substantiaretur, quàm quicquam aliud, & forte ab isto possunt educi quatuor elementa, & fieri aliquod bonum opus. Ex omnibus ergo dictis patet, ex quibus est compositum, esse actuale suppositum mineralium, & quomodo non educitur per naturam solùm, sed etiam per artificium Benedictus Deus qui talem dedit hominibus potestatem, ut imitator naturæ existens, species naturales commutare possit, & quod natura pigra hoc multis temporibus operatur. Ecce alij modi sunt transmutandi metalla quæ ponuntur in libris Rasis, Archelai, & in libro septimo præceptorum, & in multis alijs libris Alchimicis.

## *De modo operandi per Spiritus*

## CAPUT VII.

EST etiam modus operandi per spiritus, ad quem sciendum, nota quòd quatuor sunt spiritus, & dicun-

dicuntur ſpiritus, quia evolant ab igne, & habent naturam quatuor elementorum, & ſunt hi. Sulphur quod habet naturam igneam, Sal Armoniacum, Argentum vivum quod habet ſpiritum aqueum, qui vocatur alio nomine ſervus fugitivus, Auripigmentum ſeu arſenicum quod habet ſpiritum terreum. Quidam operantur per unum iſtorum ſublimando eum, & in aquam convertendo, & diſtillando, & congelando, & ſupra cuprum proijciendo, & convertit eum ut dicunt. Quidam verò operantur per duo iſtorum, quidam per tria, quidam verò per omnia quatuor, ſcilicet quemlibet iſtorum ſublimando per ſe multoties, quouſq; ſit fixum, poſtea quodlibet per ſe diſtillando, diſſolvendo in aquam cum aquis acutè diſſolventibus multoties imbibendo, & iterum ſimul aquas omnes iungendo, & iterum ſimul diſtillando & congelando, habet lapidem album criſtallinum, de quo ſi parum proieceris ſuper aliquo metallorum, in veram lunam tranſmutaret. Et tunc quidam dicunt quòd ibi ſunt quatuor elementa, & depurata: Quidam alij uno ſpiritu & cum corporibus, & quantumcumque hunc modum non probaverim, naturalis tamen videtur, & vereor & credo quod omnibus quaſi ignotus ſit, licet Avicenna in epiſtola ſua ad patrem directa, hunc modum aliquantulum tangat. Ego verò cum locum ac tempus habebo, hunc modum probabo.

## *De aſſignatione fermentorum Saturni & aliorum.*

CAPUT

## CAPUT VIII.

ACcipiantur ergo duæ partes Saturni si opus fuit ad Solem, & si ad Lunam, Iovis, & tertia pars Mercurij, & fiet Amalgama, fiet enim quidam lapis frangibilis quē multotiens super marmo rtritura, & imbibendo aceto acerrimo & aqua salis communis optimè præparati, vicissim imbibendo & desiccando, quousque maximam in se contineat aquarum substantiam, tunc ex aqua aluminis istius Iameni imbibe, quousque fiat sicut pasta mollis & pone ad dissoluendum, & dissolvetur totum in aqua, quam aquam distilla ter vel quater, & congela, & habebis lapidem qui conuertet ad Lunam Iouem.

## *De assignatione reductionis ad Iovem, sive de modo operandi ad Solem.*

## CAPUT IX.

AD Solem verò recipe vitriolum depuratum, & calcinatum rubeum, & dissolve in urina puerorum, & distilla totum, & hoc toties fac, quousque aqua sit valde rubea: tunc istam aquam coniunge cum supradicta aqua antequam congeletur, & ambas aquas sub fimo aliquibus diebus pone, vt meliùs incorporentur, & ambas simul distilla, & congela & habebis lapidem rubeum similem hiacinto, de quo si unam partem super septem partes Mercurij proieceris, vel Saturni purgati & firmi, in Solē obrisum, habet enim quasi naturam fermenti. Reperientur etiam in libris aliæ operationis multæ

quas

quasi infinitæ confusæ, quæ homines deducunt ad errorem, & ad suorum sine utilitate amissionem, & maximè in preparationibus, de quibus prolixum esset narrare. Ego autem non cupiditate lucri, sed ut viderem oculata fide mirabiles effectus naturæ, & causas eorum, non solùm generales, sed etiam speciales & immediatissimas, non solùm accidentales, sed etiam essentiales conspicerem, istorum multa probavi, et in separatione elementorũ à corporibus. Quod quidem opus est verum & perfectum, tamen tantum laborem & fœtorem, ac etiam mei corporis imperfectionem sum perpessus, ut disponerem hoc opus nullo modo nisi necessitate coactus iterum attentare: De mineralibus hæc dicta sufficiant.

*Laus Deo.*

# TRACTATVS D. THOMÆ de Aquino datus fratri Reilaldo, in arte Alchimiæ.

TUIS ROGATIONIBUS ASSIDUIS, charissime frater, superatus tractatum brevem de arte nostra, certas regulas, operationes leves & efficaces & tincturas verissimas continentem, propono tibi præpingere in octo capitula partium, volens te in tribus habere precatum: Primò quòd non eures multùm de verbis Philosophorum modernorum et antiquorum in hac scientia loquentium, quoniam in capacitate intellectus & in demonstratione experimentali, tota ars Alchimica sedem

sibi

sibi constituit. Philosophi verò cælare volētes scientiæ veritatem, quasi omnia figurativè locuti sunt. Secundò noli pluralitates rerum appreciare, nec compositiones diversarum specierum, nam natura nunquam nisi sibi simile producit, quāvis ex equo & asino mulus generetur productione imperfecta, sicut quidam scientiā imitantes, ex pluribus quandam multiplicationem producūt. Tertiò ne sis garrulus, sed pone ori tuo custodiā, & ut filius sapientum, margaritas ante porcos non proijcies. Cum Deo tuo pacem habendo finem ordinatum in opere tuo semper in mente præfige. Credas pro certo, quòd si dictas regulas mihi à D. Alberto traditas, ante oculos habueris, non oportebit te Reges & Magnates quærere, sed Reges & Magnates omnem honorem tibi impendēt. Suspectus enim omnis in hac arte serviēs Regibus & Prælatis, cum ipse non solùm ijs subvenire potest, verū omnibus indigentibus gradatim, quod autem gratis accepit, pro precio nulli, in æternum præstare debet. Sint ergo regulæ præfatæ in corde tuo secreto signaculo indubitabiliter signatæ & sigillatæ, nam in superiori libro vulgaribus tradito, philosophicè locutus sum, tibi autem & filio secretissimo apertiùs de tua taciturnitate confisus scripsi.

## *De operatione*

### CAPUT II.

QVoniam secundum Avicennam in epistola ad Assam Regem: Nos quærimus substantiam veram

veram & unam facere ex pluribus coactam fixam, quæ super ignem posita ipsum sustineat, quæ erit penetrativa & ingressiva, tingens Mercurium & alia corpora verissima tinctura cum pondere debito, cuius tincturæ nobilitas mundi thesaurum excedit universum. Nam una res nostra facit esse tria, tria duo, duo unum finaliter existunt. Quomodo tandem fit substantia una ut dicit Avicenna, habere oportet patientiam, moram, & instrumentum. Patientiam, quia secundum Gebrum festinantia à diabolo est. Ideò qui patientiam non habet, ab operatione manum suspendat. Mora est etiam necessaria, quia omnis actio naturalis, quam sequitur ars nostra, suum habet modum & tempus determinatum. Instrumenta verò sunt necessaria, non tamen multa prout in sequentibus patebit, quoniam opus nostrum in una re, uno vase, una via, secundum Hermetem, & una operatione perficitur. Quæ quidem medicina licet sit ex pluribus aggregata, est tamen una sola materia, nulla alia extranea indigens, nisi fermento albo vel rubeo, quare est pura naturalis in nullo unquam alio opere posita, ex quo in regimine operis, diversi colores secundum tempora apparebunt. In primis etiam diebus oportet mane surgere, & videre si vinea floruit, in subsequentibus corvinum transmutatum in solitudine cœci; & multiplices colores, in quibus omnibus intensus color albus est expectandus; quo habito, expectemus sine quocunque errore Regem nostrum elixir vel pulverem sine tactu simplicem, qui lapis habet tot nomina quot sunt res in mundo: sed ut breviter me expediam, materia nostra sive magnesia est argentum

gentum vivum nostrum Minerale, trina puerorum duodecim annorum debitè præparata, quia statim venit de vena, & nunquam fuit in aliquo opere, & illud in opere magno quod se ipsi vulgaribus, notavi terram Hispanicam vel antimonium, non tamen hîc nota argentum vivum communiter, quo aliqui multiplicatores utuntur & sophistæ, ex quo si aliquid fit, dicitur solum multiplicatio, modicũ tamen tingit respectu magisterij, quamvis dabit largas expẽsas, & si placebit laborare in illo, invenies in illo veritatẽ, sed requirit longam digestionem. Sequere ergo Divum Albertum Magnũ magistrum meum, & labora cũ argento vivo minerali, & ipsum est operis nostri perfectivum adussionis, salvificativum & fusionis effectivũ, cum enim figitur, est tinctura albedinis vel rubedinis uberrimæ refectionis, fulgidi splendoris, & non recedit à commixto quod est amicabile metallis, & medium conjungẽdi tincturas, quoniam commiscetur cum eis in profundum ingrediens & penetrans naturaliter, quod est adhærere eis.

## *De Mercurij compositione & eius separatione*

### CAPUT III.

ET quamvis ex Mercurio nostro solo opus nostrum perficitur, indiget tamẽ fermento rubeo, vel albo, miscetur ergo facilius cum Sole & Luna, & firmum cum eo, cum ista duo corpora magis participent suam naturam, ergo sunt alijs perfectiora. Ratio est, quia corpora sunt maioris perfectionis, quæ plus de Mercurio cõtinent, Sol ergo & Luna

Luna, plus de eo continentes commiscentur ad rubeum & album, figuntur in igne stando, quoniam ipse Mercurius solus est, ille qui perficit opus, & in illo invenimus omnia quibus ad opus nostrum indigemus, cui nihil extraneum debet adiungi, Sol & Luna sibi non sunt extranea, quoniam ipsa rediguntur in operis inceptione in suam primam naturam, id est Mercurium, quare ab illo sumpserunt suam originem. Quidam autem nituntur ex solo Mercurio, vel simplici Magnesia complere opus suum, lavantes eum in aceto acerrimo, coquentes in oleo, sublimando, assando, calcinando, distillando, quintam essentiam extrahendo, cum elementis, & alijs infinitis martirizationibus ipsum Mercurium torquentes, & suis operationibus credentes aliquid magni ex eis inveniri, finaliter modicum lucrum inveniunt. Sed crede mihi, fili, quòd totum magisterium nostrum sit solùm in regimine ignis, ex capacitate industriæ. Nos enim nihil operamur, sed virtus ignis bene recti lapidem nostrum operatur modico labore, & paucis expensis, puta quòd lapis noster cum fuerit in suam primam naturā, scilicet in primam aquam vel lac virginis vel caudam draconis semel solutus, tunc ipse lapis seipsum calcinat, sublimat, distillat, reducit, lavat, cōgelat, & virtuti ignis proportionati, seipsū perficit in unico vase sine alterius manualis operatione. Agnosce ergo fili, quomodo philosophi de manualibus operationibus figurativè loquuti sunt, ut ergo securus sis de Mercurij nostri purgatione, vera docebo operatione Mercurium nostrum communem levissimè præparare

Reci-

Recipe ergo Mercurium mineralem, sive terram Hispanicam, Antimonium nostrum, vel terram nigram oculosam, quæ omnia idem sunt non inferiora sui generis, & qui priùs in nullo opere sit positus libras quinque & viginti ad plus, & fac ipsum transire per pannum lineum spissum tribus vicibus, deinde fac ipsum transire per corium leporis, & ultimò fac ipsum trãsire per pannum lineum spissum, & hæc est lotio vera, & attende si aliquid remanet in corio de eius grossitie, seu aliqua spissitudo sordiei vel fœtus, tunc ipse Mercurius non valet pro opere nostro. Sin autem nihil appareat ibi, bonus est, & nota quòd cum isto Mercurio, nullo sibi addito, potest utrunque opus perfici.

## *De modo Amalgamandi*

### CAPUT IV.

QVoniam ex solo Mercurio nullo extraneo addito opus nostrum perficitur, ideò de modo componendi Amalgama breviter dictum est. Quidam verò hic malè intelligunt philosophos, quia credunt ex solo ipso Mercurio sine sorore vel compari eius, opus perficere. Ego autem tibi dico securè, quòd cum Mercurio & compari eius labores, & Mercurio nihil extranei addas, & scias quòd aurum & argentum non sunt extranea Mercurio, imò vicinùs participant suam naturam, quàm alia quævis corpora. Ideò reducta in suam primam naturam, dicuntur sorores & compares Mercurij, ex sua compositione & simul fixione,

lac virginis emanabit, si locum istum clarè intellexeris. Et si cum Mercurio nulla re extranea addita operatus fueris, consequeris optatum.

## *De compositione Solis & Mercurij*

### CAPUT V.

RECipe solis depurati communis, id est, in igne calefacti, quia fermētum rubedinis est, uncias duas, & incide in frusta parva, cum forcipe addito Mercurio uncias decem & quatuor, & fac Mercurium fumigare in regula, & solve in eum Solem, & move cū baculo ligneo, donec Sol benè solvatur & misceatur, & tunc totum funde in aquam claram; & in una scutella vitrea vel lapidea, & lava sæpiùs tergendo & mutando tam diu, quòd nigredo tota ab aqua recedat, tunc si advertere vis, vox turturis audita est in terra nostra, qua mundata fac amalgama per corium transire superius bene legatum, exprimendo totum amalgama absque unciis duabus, & remanebunt in corio unciæ decem & quatuor, & illæ quatuordecim unciæ sunt res apte ad nostram operationem: & attende quòd debet esse nec magis nec minus quàm unciæ duæ totius materiæ in corio remanentis: Si esset plus diminue, si esset minus adde: Et istas duas uncias expressas, quæ dicuntur lac virginis, reserva ad secundam operationem. Ponatur ergo materia de corio in vitrum, & vitra in furnellum superius descriptum, & lampade accensa infra, ita continuè ardendo nocte dieque quòd nunquam extinguatur, & flamma semel inclusum recto tramite percutiat, non tamen ollam tangat omni-

omnibus partibus furnelli bene lutatis similiter. Si autem post mensem vel duos inspicere voluerit flores vivi & colores principales, puta nigrum, album, citrinum, & rubeum, tunc sine aliqua operatione manuum tuarum regimine solius ignis manifestum erit absconditum, & absconditum manifestum fit. Quare materia nostra seipsam ad perfectum elixir perducit, vertendo se in pulverem subtilissimum, qui dicitur terra mortua, vel homo mortuus in sepulchro, vel magnesia sitiens, quòd spiritus in eo occultatus est in sepulchro, & anima quasi recessit. Permitte ergo stare tunc à principio usque ad sex & viginti septimanas, & grossum tunc factum est gracile, leve ponderosum, asperum molle, & dulce amarum, conversione naturarum, virtute ignis occultè completa. Cum ergo videris pulveres tuos exsiccatos, & si probam & expensas desideras, tingent: postea docebo unam vel duas partes, quoniam una pars operis nostri solùm septem tinget Mercurij bene purgati.

## *De amalgamatione ad album*

### CAPUT VI.

EOdem modo processus fit ad album, id est lunam, hoc est fermentum albedinis, cum septem partibus Mercurij purgati miscueris, in eodem modo sicut & rubeum fecisti procedas. Nam in omni opere albo, nihil intrat nisi album, et in omni opere rubeo, nil nisi rubeum intrare debet: ex eadem enim aqua nostra fit rubeum & album, diverso tamen fermento addito, & tempore supradicto

pradicto elapso, potest tingere ad album super Mercurium, sicut ad rubeum fecisti Nota tamen quòd Argentum foliatum in ista materia est magis utile, quàm argentum massale, quia habet in se mixturam quarundam fæcium Mercurij, & debet amalgamari cum Mercurio frigido, & non calido. Alioquin hoc operando maximè errant, solventes amalgama in aqua forti ad ipsum purgandum, & si volunt respicere naturam compositionis aquæ fortis, ipsa per hoc magis destruitur. Aliqui volunt etiam laborare cũ sole vel luna minerali, secundum regulas huius libri, & errant, dicẽtes quòd sol nullam habeat humiditatem, & calidus in manifesto, & ideò optimus, imò quinta essentia extrahitur subtili ignis ingenio in vase circulationis, quod dicitur Pellicanus ab illo. Sol autem minerralis & luna habent secum permixtum tantum fæcis immunditiem, quòd eorum purificatio ad nostrum valens, non esset opus mulierum & lusus puerorum, sed potiùs labores fortissimi viri senioris, solvendo, calcinando, & alijs operationibus magnæ artis insistendo.

## *De secunda & tertia operatione*

### Caput vii.

FInito primo isto opere ad secundam practicam procedamus. Vbi corpus primi operis nostri cum cauda draconis, id est lacte virginis, additis Mercurio novo septem partibus super materia remanente, secundum pondus pulverũ, Mercurio dico purificato et mundificato, fac trãsire per cotium, & re-

& retinere septem partes totius, lava & impone vitro & furnello, ut in primo opere fecisti, per totum regendo tali repore vel circa, quousque videris pulveres iterum factos, quod iterum excipe vel extrahe, & si vis tinge, & isti pulveres sunt multo subtiliores primis, quare magis digesti sunt, eò quòd una pars tingit septies septem in Elixir. Tunc procedas ad tertiam practicam, sicut in prima & secuda operatione fecisti; & pone super pondus pulverum secundi operis Mercurij purgati partes septem, & pone in corio, ita quòd septem partes in totum remaneant ut prius. Et iterum coque, & fac pulveres, qui quidem pulveres subtilissimi sunt, quorum uncia una tingit partes septies quadraginta novem, quæ sunt trecentæ & quadraginta tres partes, & hoc super Mercurio. Ratio est, quia quanto plus digeritur medicina nostra, tanto subtilior efficitur, & quanto subtilior erit, tanto penetrabilior, & quanto penetrabilior, tanto plus ingrediendo tingit. Pro fine huius notandum, quòd si non habet argentum vivum minerale, securè poteris laborare cum Mercurio communi, quia quamvis non tantum valeat, sicut iste, dat tamen largas expensas.

## *De modo operandi in materia seu Mercurio*

### CAPVT VII.

CVm autem tingere vis Mercurium, Recipe tegulam aurifabrorum; & line interius modicum cum sevo, et pone in tam secundum proportionem Medicinæ super lætissimum ignem, & cum Mercurius cepit fumigare, proijce intùs medicinam tuã in cera

mũda clausam, vel in papyro, & habeas carbonem ignitum fortem & latum præparatum ad hoc, & pone super os regulæ, & da fortem ignem, & cum totum liquefactum fuerit, proijce in cannam cum sevo finitam, et habebis sole vel lunam finissimam, secundum fermentũ additionem. Si autem medicinam tuam multiplicare volueris, in fimo equino hoc fac, sicut te oretenus docui, ut scis, quod tibi non scribo, quoniam peccatum esset hoc secretum viris secularibus revelare, qui magis hanc scientiam propter vanitatem, quàm propter debitum finem & Dei honorem querunt, cui honor et gloria in secula seculorum. Amen. Verùm opus illud quod vulgaribus stylo satis Physico cõscripsi, à D. Alberto semel pro semper laborare vidi de Antimonio, & de terra Hyspanica tibi nota. Sed quia magis lucri & temporis indebita expensio, consului tibi leviùs operandum, illud breve opus cõscripsi, in quo nullus error modicæ expensæ, levitas operis, brevitas temporis, & finis verè desideratus. Ex quo tu et omnes tui sine falso percipietis. Noli ergo te charissime, cũ maiori opere occupare, quia propter salutis, & Christi prædicationis officium, & lucrando tempus magis debes attendere divitijs spiritualibus, quàm lucris temporalibus inhiare.

Explicit tractatus D. Thomæ de Aquino, de multiplicatione artis, editus & datus fratri & socio suo fratri Reinaldo pro thesauro secretissimo.

LIBER

# LIBER LVCIS
## IOANNIS DE RVPESCISSA
### fratris ordinum Minorum

### CAPVT PRIMVM.

PRIMO CONSIDERAVI futura tempora, quæ prædicta sunt à Christo in Evangelio, scilicet de tribulationibus tempore Antichristi, sub quo Romana ecclesia flagellabitur, & per tyrannos omnibus suis divitijs spoliabitur. Et quamvis ecclesia Dei tunc sic fuerit desolata & confusa, à Christo tamen de tantis tribulationibus liberabitur. Quamobrem ad liberandum populum electum Dei, cui datum est cognoscere ministerium Dei, & magisterium veritatis, sine multiloquio volo dicere opus magni lapidis Philosophorum, tam ad album quàm ad rubeum, & hoc est contra consuetudinem philosophorum, qui ante nos fuerunt, qui propter malitiam & invidiam, artem istam proprijs filijs cælaverunt. Et intentio mea est p^re bonis sanctæ Romanæ ecclesiæ, & apertè breviter narrare totam eius veritatem.

### *De materia lapidis nostri*

### CAPVT II.

MAteria lapidis est una & eadem res, vilis precij, quæ ubique reperitur in aqua vis-

cosa, quæ dicitur Mercurius, & quoniam dicunt quòd reperitur in vilibus locis, multi brutalium hominum qui non intelligunt secundum intentionem Philosophorum, istum lapidem in stercoribus quæsiverunt. Et scias fili mi, quòd materia præparatur removendo terrestitatem quam habet Mercurius, & apponendo ei sulphur Philosophorum, quod non est sulphur vulgare, imò sulphur nostrum est invisibile, & ego suo nomine proprio nominabo, quod est vitriolum Romanum, quod quidam Philosophorum vocant magnesiam, & hæ duæ operationes sic fiunt.

## *De prædicta operatione*

### CAPUT III.

RECipe Salpetræ, vitrioli Romani ana lib. j. id est libra una de quolibet tritorum & mixtorum, desicca in patella aurea ad ignem lentum, semper movendo ut humiditas recedat. Deinde recipe libram unam argenti vivi, de minera nō de plumbo, et in aluta involutum experge super materiam vitri & salispetræ, calidam aliquantùm, quia per poros seminatur, & move materiam cum baculo, ut benè misceatur, ita quòd nihil appareat de Mercurio, & pone in vase ad sublimandum super leni igne, si materia benè fuerit desiccata ore clauso: sit autem aperto, donec humiditas recesserit, quod cognosces cum lamina vel gladio posito super foramen, & postea fortifica ignem per duodecim horas, & in fine fac fortiorē, ut opus benè sublimetur, & vase infrigidato extrahe ipsum, & sic invenies Mercurium subli-

sublimatum album, sicut nivem; & sic sublima ipsum Mercurium ter cum ipsis faecibus, & semel sine faecibus, & sic in ipsa operatione fecisti duo, scilicet purgasti Mercurium a terreitate & nigredine sua, & humiditate quam habebat, & congelasti, & fecisti illum albū sicut nivem, & fecisti illum aptum ad molendum & commiscendum, & aptum ad digerendum in stufa sicca, & aptum ad convertēdum ipsum in aquam, ut inferius dicemus. Posuisti intra ipsum sulphur invisibile, quod est tinctura rubedinis, & est spiritus vitrioli Romani, & cum ipso sit magnum adminiculum, quoniam cum habeat ipse spiritus naturam tingendi in rubeum, & ad congelandū Mercurium in substantia, & facit ipsum album sicut nivem. Et hoc est illud quod magni Philosophi scripserunt, quòd lapis noster fit ex Mercurio & sulphure praeparatis & separatis, & de hoc opere & substantia dicit Magister Arnoldus in tractu suo parabolisè, nisi granum frumenti in terram cadens mortuū fuerit, et cetera. Intelligens pro grano mortuo in terra, Mercurium mortuum cū salpetro & vitriolo Romano, & cum sulphure, & ibi mortificatur, & ibi sublimatur cum igne, & sic multum fructus adfert, & hic est lapis maior, quem omnes Philosophi quaesiverunt, & inventum abscondiderunt. Signum autem est, quòd spiritus vitrioli sit incorporatus Mercurio, & quòd Mercurius sublimatus dimittat multas faeces in fundo vasis, & ascendit spiritus vitrioli propter ascensus ingenium. Recipe aerum, & in eo extinguere ferrum quater, postea mitte ibi dictum Mercurium sublimatum, et subtilissimè calcinatum & ibi

dimitte

dimitte usque ad alium diem, & postea distilla prædictum aceturn per filtrum bis aut ter, donec sit clarum, postea mitte in patella terrea vitreata ad lentum ignem, & facies quandam cappam nigram desuper materiam illam, tunc illam nigredinem amove, & fac ignem donec aceturn inde penitus exeat, & remanebit spiritus vitriolli in fundo vasis, in colore albo, suavissimo, & sic habebis Mercurium seorsim, & ex alia parte prædictum sulphur invisibile. Quamobrem à nobis ostensum est, quòd argentum vivum sublimatum portat secum spiritum, & commovet sulphur lapidis invisibilis, & dicitur tinctura rubedinis. Et scias quòd de Mercurio sive vitriolo non poteris extrahere sive separare spiritum supradictum Mercurij, & sic est præparatum & non fixum: Quare sic est necesse, ut extrahas ab ipso Mercurio quintam essentiam sic.

## *De secunda operatione, quæ est, Reductio Mercurij sublimati in quintam essentiam*

### CAPUT IV.

SEcunda verò operatio est ipsius Mercurij sublimati, qui est albus ut nix, extraho ab eò spiritum suum, quia quibusdam magis quinta essentia seu terra foliorum & terra foliata dicitur, & iste spiritus est incorruptibilis, paululum minùs ut cœlum, quamvis spiritus non sit fixus, imò sit volatilis, & sic necesse est. Extrahitur autem & separatur quinta essentia, scilicet spiritus Mercurij, hoc modo. Recipe libram unam salispetræ, & tantundem vitrioli Romani, & fac aquam fortem ut scis, &

tere Mercurium prædictum subtilissimè, & dissolve ipsum in dicta aqua forti, super cineres calidos, in viola vitrea benè clausa, per duodecim horas, & si Mercurius noster dissoluitur, mitte in dicta aqua cum Mercurio dicto non dissoluto, scilicet septimam partem ponderis aquæ prædictæ de sale armoniaco trito. Et hoc est quoddam magnum secretum in hac arte, ibi pone cor tuum, superpone alembicum cœcum vesicæ, & distilla illum, & videbis ascendere per latera vesicæ spiritum Mercurij seu animam albiorem nive. Secundò fortifica ignem, donec Mercurius plenariè accendat, postea frange vas, & extrahe quintam essentiam seu spiritum Mercurij, & invenias species nigras combustas in fundo vasis, à spiritu Mercurij separatas, & in hac operatione fecisti duo. Primò separasti spiritum albũ Mercurij, qui erat terreus, corruptibilis, et imperfectus, & totum illud terreũ combussit aqua fortis, & est quasi impossibile, quòd de ea alba instar nivis, extrahatur & separetur talis res terrestris & nigra. Secundò imbibisti dictũ spiritum Mercurij de spiritu vitrioli, qui est in dicta aqua forti. Et hoc est illud quod dicit Magister Arnoldus, bibat quantũ potest bibere per duodecim horas, eò quòd Mercurius dissolutus in aqua vitrioli, plus bibat ex spiritu vitrioli, sulphure invisibili, & dissolutio fit in duodecim horis. Secũdò fac aquam novam fortem ut priùs, & in ea iterum solve quintam essentiam prædictã, & sublima, ut postrema vice fecisti, & remanebunt fæces nigra in fundo vasis, sed non tantum ut priùs: & iterum tertiè fac aquam fortem ut priùs, & dissolve quod fuit sublimatum & tertia

vice

vice post distillationem & sublimationem, invenies fæces quasi paucas parùm nigras, & tunc habebis quintam essentiam perfectam, quæ dicitur humiditas coniuncta quinta, nec potest alterari, nec igne perpetuo comburi, & fundetur in igne ut cera, & nunquam facit fæcem, nec potest comburi aliqua aqua calcinativa, & habebis ex libra una unc. j. & non plus nec minus, & tunc habes totam materiam lapidis secundò separatam, incorruptibilem, volatilem, albam, albiorem nive, & ista est secunda operatio.

*De tertia operatione, in qua præparatur quinta essentia dicta, & solvitur in aquam*

## Caput v.

Tertia operatio hæc est, Recipe dictum spiritum Mercurij, seu essentiam quintam perfectè separatam, & mole subtilissimè eam super lapidem vitreum, & commisce cum una parte ipsius duas partes sulphuris vivi invisibilis, & pone in una tazza vitrea in furno physico, in stufa sicca ad digerendum, hoc est calcinandum in cineribus ad ignem carbonum, per octo vel duodecim dies, vel amplius, & ibi decoquitur, ut possit per seipsum in aquam dissolvi, quia aliter non dissoveretur, nec opus posset fieri perfectum.

*De quarta operatione, in qua distillatur quinta essentia reducta in aquam*

## CAPUT VI.

QVarta operatio est, ut recipiat Mercurium, vel dictam quintam essentiam cum vase suo, simul post digestionem in sublimatione sicca Physica, & pone in balneo Mariæ, & ibi dimittatur, donec totum in aquam dissolvatur, et stet cum capite alembici, & ascendit ab ea stilla roris madij [ al'.madidi ] quæ dicitur aqua lucida, vitæ lachryma, lac virginis purissimi materia lapidis, ultima præparatione vel separatione perfecta, gusta ad linguã acetosa, volatilis nõ fixa, incorruptibilis ferè, per digestionem in pulverem reducibilis, quæ à Phebro fuit cognita, & Hermes pater filiorum invenit, Rosarius intellexit ab Avicenna non ignorata, Magister Arnoldus de villa nova eã dictavit, & Magister Raymũdus Lullius pariter. Qui quidem Arnoldus dicit, quod oportet ut filius hominis ascẽdat à terra in aërem, & ascendat in cruce alẽbici ut Cristallus, & propterea dicit Arnoldus, quòd vult ascendere in cruce, quãdo dicit, oportet filium hominis exaltari in cruce, id est in aërem, quod est in alembicũ, & completa hac dissolutione, tunc habes tuam materiam perfectam, & si unã guttam proieceris super laminam candẽtem, dealbabit eam intùs & extra. Et ita vidisti quòd lapidis materia est una res, non simplex sed cõposita ex spiritu, scilicet Mercurij & spiritu vitrioli Romani. Quoniã spiritus dicitur sulphur invisibile, non vulgi sed philosophorum; qui est tinctura intrinseca rubedinis, quamvis alba videatur, experimento tamen rubea est, & propter hoc Mercurius indiget sulphure albo vitrioli. Ipsa igitur distillatione seu dissolutione completa,

invenies in fundo vasis elementa duo commixta, scilicet elementum aëris & ignis incombustibilia, nam remanet materia grossa combustibilis, & extraxisti ab ea elementum aquæ animatum anima spirituali, & tunc est sufficiens materia ad album specialiter, & conveniens ad rubeum, & si vis separare alia tria elementa ab invicem, operaberis per hunc modum. Recipe illas fæces, tere, & pone ad digerendum in stufa sicca, ut priùs fecisti, postea pone in balneo ad dissolvendum & distillandum ut priùs cum igne fortissimo, & quod ascendit per ignem balnei, est elementum aëris in colore, id est in tactu olei albissimi, Recipe ipsum & serva, & postea transfer vas ad ignem sublimationis in cinere, & da igné bonum, & ascendet per alembicum ignis rubicundus, in colore olei rubei. Recipe ipsum & serva ad partem, & ita habes à Mercurio sublimato quatuor elementa ab invicem separata. Primò elementum aquæ scilicet lac virginis ante ultimam materiam dissolutione in balneo distillatam in quarta operatione: Secundò elementum aëris, scilicet oleum resplendens albissimum, in balneo distillatum, facta ultima dissolutione: Tertiò oleum ignis rubeum, scilicet oleum distillatum ad ignem extra balneum: Quartò oleum seu elementum terræ habes in fundo urinalis nigerrimum ut carbo, quod ut nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Intellexistin' hoc totum? Nescio quomodo clariùs dici possit, scilicet de ista quarta operatione.

De

## *De quinta operatione, quæ est præparatio materiæ seu lactis virginis ad album, per eius reductionem in pulverem*

### CAPUT VII.

HÆc operatio est quomodo præparetur ad album, & quomodo lac virginis digeratur, & redigatur virtute ignis in pulverem tam subtilem, ut non sentiatur per tactum. Recipe igitur cum benedictione Iesu Christi, & aliqui philosophi dixerunt, quod capiatur animal cum toto suo sanguine & dicitur animal, quia crescit quando sublimatur, & quia habet animam sanguineam, videlicet spiritum vitrioli invisibilem supradictum, & pone in ampulla cum fundo rotundo, igneas ei collum & strangula, id est stringe ipsum cum forcipibus, ita ut nihil possit exire, & pone laminam inter ignem & amphoram, quæ benè sit præparata, hoc est perforata, ne lac virginis destruatur ab igne, & pone in furno philosophorum, ita quòd habeat ignem ab omni parte æqualem, ne lac evolet per ignem inæqualem, & est magnum ministerium dare ignem temperatè, ne opus destruatur, & tot carbones accensi ardeant, ita tamen ut manus hominis teneri vadat infra latera furni, & vas in quo est materia lactis virginalis fulgentis, & continuabis ignem, donec videris materiam denigrari, et gaude quia tunc principium digestionis habes, & continua ignem donec omnes colores transierint, & videbis materiam aliquātulùm dealbari, & cū videris materiam optimè dealbatam; lapidem habes perfectum ad album.

## *De sexta operatione, rubificatione scilicet lapidis albi*

### CAPUT VIII.

OPeratio sexta lapidis donec lapidem iam completum ab albo perfici ad rubeum, nihil penitùs addito vel remoto. Sic extrahe de vase prædicto, quod vocatur ovum Philosophorum, & Magister Arnoldus dicit, quòd lapis noster est reclusus in ipso vase, ut Christus in sepulcro. Et accipe tunc partem unam istius pulveris, & serva eam ad partem, cum quo poteris convertere omnia metalla imperfecta in veram lunam, & aliam partem claude in vase supradicto ut priùs, & fortifica ignem, ut Magister Arnoldus ait, qui dicit, quòd postquam lapis pervenit ad perfectam albedinem, non metuit pœnas ignis, quoniam non est in eo periculum aliquod si dederis ignem fortem, quoniam sic est ei necesse. Cuius causa est qui se per ignem lentum digeritur, ad album non potest decoqui sulphur in visibile absconsum vitrioli, scilicet spiritus latens sub albedine lapidis, sed digeritur spiritus Mercurij in illo igne ad album, quapropter necesse est ignem augeri, ut attingat profùdiùs, & digerat tincturam rubedinis, sulphuris vitrioli latentis, et faciat ipsum exteriùs per vigorationem ignis, & sic per vim ignis vertitur in rubeum, nihil ei aliud addendo, & sic ascendit de sepulchro clausis rex maximus, & resurrexit à mortuis, cum corona in capite fulgentissima, ut dicit Magister Arnoldus. Sed nota quòd in duobus vasis, scilicet tale opus lapidis po-

dis potest fieri & operari ad album, & ad rubeum, cum uno igne & uno furno, nisi quòd vas ad album extrahas albedine induta, & vas ad rubeum notabiliter aucto ut dixi & nota quòd aliqui solùm hoc operantur opus de lacte virgineo & elemento igneo, & aërio non curat, & est opus eorum solummodò per nobilissimum lac virgineum. Aliqui commiscent tria elementa simul, unum pondus ignis, quatuor pondera aëris, octo pondera lactis virginis, & hic modus est fortior ad rubeum, debilior ad album, & istis tribus modis potest fieri simul in uno vase de solo lacte virgineo ad rubeum. Et in alio vase, ex tribus elementis, uno furno & uno igne. Et videbis si probabis diversis modis magna miracula, quę collata sunt ab altissimo Deo, & de hoc opere nunquam fuit ante me alius qui ita clarè loqueretur veritatem. Etenim magni Philosophi quibus hoc secretum ac magisterium fuit revelatum, coniurati fuerunt horribili maledictione Dei, ut nulli hominum hoc opus divinum modo aliquo declararent, ne hoc secretum ad manus pravorum hominum deveniret. Sed ego non curo talium maledictionem: quia istud secretum non revelo hominibus nequam, sed revelo ecclesię Dei, & perfectis Christianis, & Deum timentibus, ut succurrant pauperibus, & præcipuè evangelicis, & ecclesijs, ut viduas, pupillas, & orphanos visitent in necessitatibus & tribulationibus, & hæc est sexta operatio.

*De septima operatione, quæ est de proiectione*

## CAPVT IX.

SEptima pars huius operis est practica virtutis istius elixeris scilicet medicinæ perfectæ, & virtus istius elixeris ad album est, quod convertit Mercurium, Iovem, Saturnum, Martem, & Venerem, in veram Lunam, & virtus medicinæ perfectæ ad rubeum est, quod prædicta corpora & lunam convertit in solem, & sic fit. Pone Mercurium in crusibulo, & calefac ipsum tam diu quòd Mercurius quasi bulliat & fumet, postea projice super ipsum sic bullientem Medicinam albam, vel rubeam ut vis, & da ei ignem fortem, ac si velles fundere lunam, & habita competenti decoctione, extrahe ipsum, & si haberet coloré multum, vel si esset frangibile, tunc est perfecta medicina, & tunc projice super alium Mercurium quousque color & malleatio tibi placeat, & super quot pondera cadat, experientia te docebit, quoniam aliquando cadet super multa pondera, aliquando super pauca, sicut unus modus operationis transibit alium, & prout est Magister artis. Super plumbum & stannum, projicitur medicina fusa, & augetur ignis ut supra. Super lationem, ferrum, & chalibem projicitur taliter, Primò super laminas igneas projicitur pulvis, & ponderatur ad recoquendum, aut illa corpora funduntur, & medicina proijcitur in ipsa fusa, & hæc corpora purgatione præcedenti non indigent, quia medicina est quasi ignis inferni, virtualiter consumens omnem imperfectionem cunctorum corporum, & convertit ea in suam naturam, quod est eis bonum & finis ultimus. Et aliqui Philosophi quando volunt operari ad lunam, projiciunt medicinam

sinam super æs aut ferrum, & quando est ad solem, proijciunt medicinam super solem purissimum fusum, & iste sol medicinatus est medicina, ad convertendum æs vel lunam in solem. Potest autem medicina dissolvi in balneo, & congelari ad ignem iteratis vicibus, & sic augetur virtus in infinitum.

## *De octava operatione, in qua tractatur de magisterio furni, & calcinatione Mercurij, Solis, & Lunæ*

### CAPUT X.

OCtava operatio huius artis continet magisterium furni calcinationis Mercurij, Solis, & Lunæ, & sic fit. Recipe lutum sapientiæ, scilicet cretam, stercus equi, & papyrum carminatum, & confice in simul, & fac furnum magnum vel parvum, sicut vis, qui habeat portas, ut sit latus illius unius palmi circùm circa, et fac ei auriculas seu spiracula, per quæ fumus exeat, & non sursum ascendat, & postea accipe unam laminam ferream fortem, & adapta eam super caput dicti furni qui est rotundus, hoc modo, quòd non claudatur totum os furni, sed dimittatur circa ipsum aliquod spiraculum parvum, unde calor posset exire, & super ipsam laminam aptabis aliquantos gomos, videlicet quantos volueris, & omnis hiatus habeat suum ovum physicum, ubi ponatur lapis ad digerendum, & in circuitu laminæ, sint quatuor laminę adhuc ut teneant laminam aliquantulum à longè à lateribus furni, & sic facies fieri unam ollam æream vel ferream, aut de terra rotundam, et ita fit cooperculum

furni, quòd posset elevari, & poni secundum quòd secundum necesse advidendum materiam: & nota quòd dicta olla cuiuscunque materiæ sit, debet esse luta-tissimus & extra, ad hoc ut melius teneat calorem, & dicto cooperculo facies unam portam, per quam posses intromittere manum ad calorem furni, sicut prædictum est, sed cave quòd non tangat vas, quoniam est valdè calidũ & venenosum. Item nota quòd quando posuisti materiam intus, tu debes lutare portamm [al. parietum] iuncturas cum luto sapientiæ, & panno lini, & hoc ut color non respiret, & non ascendant fumi. Et hoc dicitur stufa sicca, in qua potes ponere omnes spiritus & medicinas, ad operandum seu digerendum, ad hoc ut in balneo possint dissolvi in aquã. Et iste vocatur furnus Physicus, quia illa lamina facit ascendere calorem diametraliter similiter fac, quòd latus laminæ non ascendat ad caput ollæ, ne ignis reverberet ad vasa ex medio aerem supra ciathos et tripodem, & fac quòd ignis ei sit ab omni parte, maior enim ignis ascendit per tria foramina, quàm per unum, & sic poteris ignes augere vel diminuere, secundum quod tibi videbitur. Nota quòd super tripodẽ ubi hiatus est in lamina, potes aptare unam scutellam terream, & infra scutellam unum tripodem, & ibi ponere ovum philosophicum, & subponere aliam scutellã, & ita cõvenit duas scutellas levare vel erigere in aere, ut non tangat latera scutellarum, &c.

*De nona operatione, circa ordinem projectionis faciendæ.*

CAPUT

## CAPUT XI.

OPeratio nona est, cum volueris facere proiectionem, sic facies. Recipe centũ partes Mercurij cum sale & aceto loti, & pone in crusibulo super ignem: Cum autẽ cœperit fervere, pone unam partem huius elixeris dicto modo preparati, super centum partes illius Mercurij abluti, & fiet totum medicina super alium Mercurium ablutum. Deinde projice partem unam illius medicinæ coagulatæ super centum partes Mercurij abluti in crusibulo fermentis ad ignem, & adhuc totum fiet medicina. Postea pone partem unam istius medicinæ, ultimò congelatæ, super centum partes istius Mercurij abluti, & fiet totum aurum vel argentum in omni iudicio optimum, secundum quod fuit paratum elixir ad album vel rubeum. In nomine Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus & gloriosus in sæcula sæculorum, AMEN.

## SEQVITVR DESCRIPTIO ET FORMA FVRNI PHYSICI.

FURNUS *iste totus altus erit pedes tres & medium, latus autem sesquipedem inclusivè, & divisus, ut sequitur.*

*Primùm furnus ita componetur, ut spatium quà cineres per cratem ferream defluant, altum sit pedem unum. A crate ferrea ad meditullium usque, spatium ubi focus instruitur, altum erit digitos novem. Altitudine itaque habita duorum pedum minus digitis tribus, collocanda est in medio tabula testacea vel ferrea, in cuius medio foramen rotundum sit, diametrum quatuor*

digitorum habens, quà fervor ignis in superiorem partem, ubi operatio fit, ascendere possit. Deinde supra foramen illud tria opercula exempitilia, paulò quam tabulæ intermediæ foramen latiora erunt, quemadmodum notatum est litera A. Quodlibet verò operculum etiam rotundum foramen habebit diversum. In primo foramen erit digitorum trium, in secundo duorum, in tertio deniq; unius. ut subinde uno pro altero uti liceat, prout calor ignis mutationem operculorum exiget.

Spatium ubi operatio fit, à tabula nimirum intermedia ad supremum usq; tegmen, altum erit pedem unum & tres digitos. In isto autem spatio tabulæ intermediæ tripes testaceus aut ferreus directè supra foramen imponitur. quemadmodum notatur litera B, qui tripes in superiore parte latus erit digitos tres & medium, altus verò sex digitos, cui vitrum impones, quod materiam omnem ad operationem destinatam contineat.

Supra istud spatium in quo operatio fit, operculum sive tegmen furni testaceum collocabitur, in formam dimidiæ sphæræ sive disci tornatum, profunditate digitorum sex, quod ad latitudinem furni accommodatum sit. Istud autem tegmen supra in medio rotundum foramen habebit unius digiti, quà calor ignis, num vehementior num remissior, explorandus sit.

Vtuntur quidam in tripode signato litera B. globo fisso, cuius medietates sibi mutuò respondeant, uti litera B. in margine notatum est. Globus iste latus erit in medio digitos septem, ubi instrumentū quoddam aut vasculum includitur testaceum, quod Chimici Ovum appellant. Habes ergo perspicuam descriptionem & expressam effigiem artificis hujus furni Chimici.

CLAVI-



A



# CLAVICVLA RAYMVNDI LVLLII MAIOricani, quæ & apertorium dicitur, in qua omnia quæ in opere Alchimiæ requiruntur, apertè declarantur.

NOS APPELLAVIMUS OPUS hoc nostrum Claviculam, quia sine hoc presenti libro nullus potest intelligere, quæ scripsimus in nostris alijs libris, in quibus totam artem complevimus, licet verbis obscurioribus po. ignorãtibus. Scripsi multos libros & prolixos sub sectionibus et diis obscuris, ut in nostro testamento apparet, ubi de principijs naturalibus egimus, vbi omnia sunt posita, quę ad artem faciunt, tamen sub martello in po. textu Philosophiæ. Item in nostro cap. de ar. vivo Philosophorum, & in 2a. parte test. de exuberatione minerarum physicarum, & in nostro libro de quinta essentia 1a. de 5a. essia. auri & ar. deinde in alijs libris à me factis, ubi tota est ars completa. Sed Secretum occultavimus pro posse. Cæterùm quia sine hoc secreto nullus potest ingredi mineras pholosophorum, neque aliquid facere quod ipsi possit prodesse, quare iuvante altissio. cui placuit hoc secretum nobis revelare, sine ulla fictione artem totam declarabo. Et ideò cavete hoc secretum revelare improbis, sed vestris amicis intimis, quamvis nulli dare debetis, cum sit Dei donum, qui hoc dabit,

cui volet. Quod qui habebit, sempiternum habebit thesaurum. Cognoscite igitur per perfecta, imperfecta emendare. ☉ est pater omnium metallorum, & ☾ mater, quamvis ☾ claritatem recipiat à ☉. Ex istius duobus totum pendet magisterium. Sed quia metalla transmutari non possunt teste Avicenna, in mineralibus, nisi reducantur in primam materiam, quod verum est. Quod nisi reducerès in argentum vivum, non vulgare, hoc est non volatile, sed fixum, vulgare verò est volatile, & planè frigiditate phlegmatica, & propterea indiget reduci per argentum vivum fixum, magis calidum & siccū, in contrarijs qualitatibus ac argentum vivum vulgare. Quare vobis consulo, ô amici mei, quod non operemini nisi circa ☉ & ☾ reducendo eos in primam materiam, sulphur, & argentum vivum nostrum. Iccirco filij, habeatis uti hac materia venerabili, & vobis iuro & promitto, quod nisi sumpseritis argētum vivum istorum duorum, vos tenditis ad practicā tanquā cœci sine oculis ac sensu. Quare filij rogo ambuletis in luce, oculis apertis & non tanquam cœci cadatis in foveā perditionis.

## *De differentia argenti vivi vulgaris, & argenti vivi Physici*

### Caput Primum.

NOs dicimus quod argentum vivum vulgare, non potest esse argentum vivum philosophorum, quocunque artificio præparetur, quia vulgare non potest in igne detineri, nisi per aliud argentum vivum corporeum, quod sit calidum & siccum,

cum, & magis digestum. Propterea dico nostrum physicũ magis fixæ esse calidioris q; naturę vulgari. Et ideò, quia argentum vivum nostrum corporale, est conversum in argentum vivum currens non tingens digitos, & quando commixtum vulgari iunguntur, & amplexantur se vinculo amoris absq, eo quod nunquam separetur ab invicem, veluti aqua mixta cum aqua, quia ita est naturæ placitum. Argentum verò vivum nostrum ingreditur & cõmiscetur actualiter alteri vulgari, deficcando suam humiditatem phlegmaticam, & tollendo frigiditatem ex corpore denigrans tanquam carbonẽ, quod postea in pulvere convertit. Nota igitur quòd argentum vivũ nõ potest eas operationes præstare, quales nostrum physicum, quod in omnibus suis qualitatibus habet calorem naturæ veri temperamenti, & propterea vulgare vertit in suam naturam temperatam: quin etiam aliquid aliud facit, nam post suã transmutationem, convertit in purum metallum, hoc est, in ☉ aut ☾ prout est extensum, aut de ☉ & ☾, ut ostenditur in secunda parte nostrę practicæ. Præterea aliquid maius habet; mutat enim & convertit vulgarem ☿ in medicinã, quę transmutare potest imperfecta metalla in perfecta. Præterea vulgarem in verum ☉ & ☾, meliorem quàm de minera. Nota rursum quòd uncia nostri physici centum marcas facere potest, & usque in infinitum cum argẽto vivo vulgari, sine eo quòd minera unquam deficiat. Præterea aliud volo vos scire, quo ☿ vulgi non rectè miscetur neque perfectè cum corporibus: nam spiritus non potest misceri cum corporibus perfectè, nisi reducta fuerit in speciem

naturæ.

naturæ. Et idcircò cum voles miscere ☿ aut ☉ in ☾ vulgi, sunt reducenda illa corpora in speciem naturæ, quod vocatur argentum vivum vulgare, per vinculum amoris naturalis, & tunc masculus iungitur fœmellæ. Quia argentum vivum est calidum & siccum actu, argentum vivum vulgare est frigidum & humidum passivè sicut fœmella, quæ continetur in suis domicilijs, cum calore temperato usque ad eclipsim. Suntque nigra facta ut carbones, quod est secretum nostræ veræ dissolutionis, & ex hoc tandem verè connectuntur inter se ita quòd nunquam separentur ab invicem, fiuntque pulvis albissimus, qui sunt masculi & fœminæ generati vero amoris vinculo. Hi tamen libri multiplicabunt suas species in infinitum, nam de una uncia huius pulveris, tu facies ☉ infinitos, reduces in ☾ meliorem omni metallo de minera.

## *Extractio Mercurij à corpore perfecto*

### CAPUT II.

REc. unc. j. calcis Lunæ appellatæ, calcinetur modo quo dicitur in fine nostri magisterij operis, quæ quidem calx teratur super porfidũ in pulverem subtilem, quem pulverem imbibetis bis, ter, quater in die, cum optimo oleo tartari, facto eo modo quo dicetur in fine nostri desiccando solem quousque dicta calx absorbuerit de dicto oleo 4. aut 5. partes, plusquàm fuit ipsa calx, terendo semper super porfidum, ut dictum est, & in fine benè desiccetur calx, ut benè possit in pulverem redigi. Et quando fuerit benè pulverizata, ponatur in metro-

metreto cum collo longo. Ponatis de nostro menstruali fœtenti, facto de duabus partibus vitrioli rubei, & una salispetræ, & prædictum menstruum prius distilletur septies, & bene rectificetur, separando fæces terrestres in tantum, quòd prædictum menstruale sit totum essentiale. Deinde lutetur benè metretum, & ponatur ad ignem cinerum, cum parvo igne carbonum, quousque videtis materiam bullire & dissolvi. Deinde sic supra cineres distilla, donec amiserit menstruum, & materia fuerit frigida totaliter. Et cum frigidum fuerit, vas aperiatur, & materia, quæ frigida est, ponatur in alio vase benè mundo, cum sua cappa benè lutata ad furnum supra cineres, & luto benè desiccato, fiat ignis paullatim in principio, quousque totã recipiatis aquam ipsius. Postea augeatur ignis, quousque materia benè fuerit desiccata, & spiritus fœtentes sint ad cappam, & in receptorio iam exaltati. Et dum tale signum videbis apparere, dimittatur vas infrigidari, ignem minuendo. Et post refrigerationem vasis extrahatur materia, & in pulverem subtilissimum redigatur super porfidum: ita quòd pulvis sit impalpabilis, qui ponatur in vase terreo benè cocto, & benè vitreato. Et post ponatur super dictum pulverem de aqua communi bulliente, movẽdo semper cum baculo mundo materiam, usque materia fuerit spissa sicut sinapi. Et move dictã salsam cum baculo, quousq; videas apparere grana ☿ è corpore, & quòd vobis appareat quantitas magna prædicti ☿ vivi, secundum quod posueris de corpore perfecto, id est de Luna, & dum habueris magnam quantitatem, interim projice desuper aquam bullientem

lientem & tandem movendo. quoad tota materia resolvatur in materiam similem argento vivo vulgari, tollantur terrestreitatis cum aqua frigida, & desiccetur per pannum: postea transeat per corium, & videbis mirabilia.

## *De multiplicatione ar. vi. nostri*

### Capvt iii.

IN nomine Domini, Amen. Rec. ♀ pure tres grossos, in laminas tenues, & faciatis amalgama cum grossis 4. ar. vi. vulgi bene loti. Et quando Amalgama fuerit factum, tunc ponatur in parvo metreto, cum collo longo unius pedis & semis. Deinde Rec. ar. vi. nostrum priùs extractũ & reservatum á corpore lunari, et ponatur super amalgama de corpore & ar. vi. vulgi factũ, perlutetur optime vas optimo luto, & dimittatur siccari. Hoc facto, moveatur vas quàm optime ut amalgama bene possit permisceri, & quod ar vi. permisceatur cum corpore. Deinde repone vestrum vas in quo materia est, in furnello, ad ignem parvum carbonum, & huius ignis calor nõ excedat calorem Solis, quando ☉ est in signa ♌ quia alius calor excedens destrueret vestram materiam, & fieret fuga unius ab altero, & continuetur talis ignis, quousque materia fuerit nigra ad modum carbonum, & spissa ad modum pultis, & continuetur ignis istius gradus, quousque materia mutetur in colorem griseum fuscum. & ita griseo apparente, tunc uno puncto augeatur ignis, & fiat 2. gradus, quousq; materia incipiat dealbari, ad colorem nimis albissimum. Post fiat ignis usque

ad 5.

ad 5. gradum, continuando quousque materia fuerit alba plusquàm nix, & convertatur in puros pulveres albiores cineri. Et tunc vos habetis calcem vivam philosophorum, & suam mineram sulphuream, quam tantùm occultarunt Philosophi.

## *Proprietas calcis prædictæ*

### CAPUT IV.

CONvertit ista calx ☿ vulgi in pulverem albissimum in infinitum, qui potest reduci in aurum, cum aliquo de corpore ☾.

## *Multiplicatio huius prædictæ calcis*

### CAPUT V.

REc. vas cum materia ubi pones uncias duas aqui. vulgi bene abluti & desiccati, postea vase bene lutato, repone ubi priùs erat, gubernando & ministrando illi ignem 1. 2. & 3. gradus, ut suprà, quoad materia reducta sit in pulverem albissimum, & ita potes multiplicare in infinitum.

## *Reductio calcis vivæ in lunam veram*

### CAPUT VI.

HAbita ergo magna quantitate calcis vivæ seu nostrę minerę, Accipe unum crusibulum non tectum, in quo pone unciam unam ☾ puræ, & ipsa fusa pone desuper uncias quatuor pulveris tui in pilulas, pilulę sint ad pondus quartę partis uncię, et illæ ponantur vicissim super ☾ fusam, semper continuando

tinuando ignem fortem, quousque omnes pilulæ sint proiectæ & fusæ simul cum ☾, & in fine fac ignem fortem, quousque totum bene incorporetur. postea projiciatur in canali, & habebis uncias 5. argenti puri, plusquàm naturalis. & ita poteris tuam mineram physicam multiplicare ad beneplacitum.

## *De nostro magno opere ad album et ad rubeum*

### Caput VII.

REducite calcem vestram vivam, ut de ☾ antea dictum est, in ar. vi. quod nostrũ est secretum. Rec. igitur 4. uncias calcis nostræ, & reduc. in ar. vi. ut fecisti de ☾ De quo ar. vi. habeas ad minus 3. uncias, & pone in parvo metretó de collo longo, ut antea fecisti. Postea amalgama de uncia una veri ☉ cum tribus unc. ar. vi. vulgi, & superpone ar. vi. ☾ movendo fortiter manibus tuis, ut misceantur simul omnia. Post vas bene lutatum pone, ut supra furnellum, faciendo ignem 1. 2. & 3. gradus. In primo gradu materia ingrescet ut carbo, quod tunc dicitur eclipsis ☾ & ☉ Et erit commixtio vera, unde gignitur filius sulphur, quod plenum est sanguine temperato. Post apparitionem eius caloris, continua ignem secundi gradus, quoad materia fuerit grisea. Tunc continua ignem tertij gradus, quoad materia appareat albissima. Post auge ignem ad gradum quartum, continuando ut materia rubea appareat, ut cinaprium, & fiant cineres rubei. Hanc calcem reducere potes in ☉ finissimum, ut de ☾ supra dictum est.

De mo-

*De modo transmutandi prædictum minerale in medicinam, transmutantem omnem speciem metallorum in veram Solem vel Lunam, etiam ar. vi. vulgi in meliorem omni metallo de minera*

CAPUT VIII.

IN prima solutione unum pondus supra C. in 2ª. supra M. & multiplicatur projectio, dissolvendo, congelando, sublimando, & fixando nostram materiam, quę potest multiplicari sic in infinitum, quantitate & virtute. Rec. igitur de nostra minera alba, & dissolve in nostro menstruali fœtenti, quod in nostro test. vocatur acetum nostrum album, in eo capite ubi diximus: Accipe de bono vino benè siccio, in quo poues ☾ id est viridis, & C id est salispetrę, verum ne erretis, pone 4. unc. de nostra calce viva in menstruali ut dissolvatur, & statim dissolvetur in aqua viridi. Item in 13. unc. eiusdem menstruali fœtentis, dissolvetis unc 4. ar. vi. vulgi beuè loti, & ubi dissolutum fuerit ar. vi. coniunge ambas dissolutiones simul, & vas benè clausum pone in digestione in fimo equino 30. dies, quibus exactis, fac distillare in balneo, quoad habebis omnia. Deinde Rec. in alio, ut inde oleum extrahatur in igne carbonum, tunc materia residens erit nigra. Quam pone in furnello super cineres ad distillandum per duas horas. Post refrigerationem apori vas, & pone aquam distillatam per balneum super. Lava benè. Destilla menstruum per balneum, omnemq; aquam, quæ ascendere potest, & oleum per cineres ut supra fecisti Et hoc

ficiendo toties reiterabis, quousq; materia remaneat sicut carbo nigra in fundo vasis. Fili doctrinæ habebis tuc caput corvi, quod philosophi tantum investigarunt, sine quo in magisterio nihil fit. Idcircò fili, mente teneas divinam cœnam Domini nostri Iesu Christi, qui mortuus fuit, sepultus & tumulatus, & luce tertia resurrexit, in terram permanentem. Fili mente teneas, quòd nullum ens potest vita perpetuari, nisi prius mortuum fuerit. Rec. igitur tuum corpus nigrum, & calcina in eodem vase per tres dies, & post mitte refrigerari, & aperiendo vas invenies terram spongiosam, & mortuam, quam servabis, quoad oporteat facere coniunctionem corporis cum anima. Rec. aquam, quæ per balneum est distillata, & distilla sæpius, quoad sit depurata & reducta in materiam crystallinam. Inbibe igitur tuũ corpus, quod est terra nigra, de sua aqua propria, paulatim rorando & coquendo, quoad corpus fit album factum, & multùm splendens. Et tunc aqua est illi infusa, quæ vivificat & clarificat. Tunc da ignem vehementem in eodem vase suo luto, ac si velles sublimare & vulgi per 12. horas. Aperi vas frigofactum, & reperies sublimatam materiam tuam albam, quam vocamus terram sigillatam. Nostrum corpus exaltatum, & positum in magna dignitate, sulphur nostrum, nostrum aurum, nostrum arsenicum, nobis servare debes, nostrum aurum, quod est nostrum fermentum, & nostra cabrociva, & inter segignis filium ignis qui illa amor philosophorum.

*Multiplicatio predicti sulphuris.*

## CAPUT IX.

PONE illam tuam materiam in metreto forti, supra quam pone amalgama factũ de nostra calce viva, quæ facta est in nostra prima practica, quam reducebamus in argentum. Fieri autem debet de tribus partibus ar. vi. vulgi, & una parte nostræ calcis, miscearur simul, ut suprà, & pone super ignem cinerum, & videbis materiã moveri, tunc auge ignem, et in 4. horis fiet albissima sulphurea, quę cum fixa fuerit, coagulabit & fixabit omne ar. vi. ut uncia una super 100. in medicinam veram, & rursus in mille, & usque in infinitum.

## *Fixatio prædicti sulphuris multiplicati*

## CAPUT X.

CAPiatur sulphur iam multiplicatum, deponatur in metreto, & ponatur oleum super, quod servatum fuerat in separatione elementorum, & ponatur usq; sit mollis. Post super cineres ponatur ad fusionem, dando ignem primi gradus 2. & 3. ad albedinem usque. Tunc frange vas, & invenies laminam crystallinam albam. De quà pone super laminam calidam, et si fluat sine fumo, proijce unum pondus super 1000. ½. de prædicta, & totum convertetur in argentum. Et si medicina non fuerit fluens & fusibilis, depone eandem in crusibulo, dando de oleo guttatim, quoad fluat ut cera, & tunc medicina vestra erit perfecta super 1000. & poterit multiplicari in infinitum.

## *Reductio medicinæ albæ in Elixir rubeum*

## CAPVT XI.

ACcipe igitur in Dei nomine quatuor uncias de lamina prędicta, & dissolve in aqua servarà de lapide. Et cum dissoluta fuerit, pone in balneo, ad fermentandum per 9 dies, & capias duo pondera de nostra calce rubea, & proijce in prædictũ vas, & fermentetur per 9. dies, pòst distilletur in alembico in balneo, pòst super cineres, dando ignem primi gradus, quousq; materia fiat nigra, quæ est nostra secunda dissolutio, & nostra secunda Eclipsis, quam fecit ☉ cum ☾, quod est signum veræ dissolutionis, & coniunctionis masculi cum fœmella. Pòst auge ignem usq; ad 2. gradum, ad citrinitatem materię. Deinde fortificetur ignis quarti gradus donec materia fuerit fusa sicut cera, in colore hiacynthi, & est materia alta & regalis medicina, quæ promptè curat omnes infirmitates corporis ægri, & convertit omne metallum in aurum purum melius naturali. Et nos reddamus gratias Salvatori gloriosò, qui in gloria cœlorum regnat trinus & unus in æternum & ultra.

## *Recapitulatio totius magisterij sub forma brevi*

## CAPVT XII.

OMnia quæ tractavimus in hoc libro, didicimus esse vera, & testificamur, & cum oculis nostris vidimus, manibus palpavimus, tetigimus et fecimus, & huius recapitulatio totũ nostrum magisterium cum brevi sermone & sine fictione complectitur. Nos igitur mãdamus lapidem quem nominamus, ut subtilies eum tam per ingenium natura,

ture, quàm artis, et reducas in ar.vi. & huſc ar.vi. ad datur corpus album, quod eſt eiuſdem naturæ, & decoquatur, quoſq; veniat ad verã præparationem minerę. Et illa minera multiplicetur ad tuum velle Et iterato prædicta materia reducatur in ar.vi. & diſſolve in noſtro menſtruali, vſq; quo lapis fiat volatilis, ab omnibus ſuis elemẽtis diviſus. Et ultimò quòd perfectè purgetur, uſq; ad ultimã perfectionem, tam corpus quàm anima, quæ poſſit fieri bona cõiunctio corporis cum ſpiritu, de calore naturali temperato. Et lapis efficiatur minera, & continuetur ignis, uſq; in pulverem reducatur album, quem vocamus ſulphur, & ar.vi. philoſophorũ, & tunc vigore ignis fixum ſive volatile. In tantum quòd volatile evolet à ſuis terris groſſis, & aſcendit in altum candidior nive, & fundalia projiciantur, quia nihil valẽt. Tunc rec. ſulphur noſtrum oleum prædictum, & multiplicabis cum ſuo dicto alembico, quouſq; denuo reducatur in pulverem album candidiorem nive, & fixẽtur pulveres, multiplicati ingenio tam naturæ quàm practicæ, decoquendo cum aqua, donec omnia maneant in examine ignis fluentia ut cera ſine fumo. Et addendſa eſt aqua primæ ſolutionis, qua ſolutione facta, addatur aliquod citrinum, quod eſt aurum per modum conſunctionis, cum diſtillatione totius animæ Pòſt detur ignis 1. 2. 3. & 4. gradus, donec mutetur in colore Hyacinthi veri, et fixi fluentis ac fundentis. De quo ſi proijcias unum pondus ſuper 1000. vulgi mutabitur in aurum finiſſimum.

*Calcinatio Lunæ pro opere*

## CAPUT. XVI.

REc. uncias fine de copella & ar. vi. uncias tres, & fiat amalgama, & primò calefiat argentum foliatum in crucibulo, deinde projiciatur ar. vi. movendo cum baculo, & calefiat utrumque bene. Deinde ponatur in acero cum sale, simul terendo in mortario ligneo, & simul cum pistillo, abluendo & auferendo immunditiam, sic faciendo quousque demùm amalgametur. Deinde lavetur cum aqua communi calida & clara, postea transeat per pannum lineum mundum, & quod remanet in primo habens naturam corporis, iterum addatur cum tribus partibus salis, & uni corporis, benè terendo & lavando, & coletur & calcinetur per 12. horas. Iterum tere cum sale reiterando ter, & addendo sal novum. Iterum pulverisetur, donec sit pulvis impalpabilis, & cum aqua calida lavetur, donec recesserit tota fuffedo. Deinde destilletur per filtrum de cottono, & desiccetur vestra crix, & erit alba, & reponatur ad horam necessitatis, ne frigiditas tangat eum.

## *Ad faciendum oleum de Tartaro*

## CAPUT. XVII.

REc. bonum tartarum relucens in fractura, calcinetur in reverbero per 10. horas, postea pulverisetur, & ponatur super marmor, ad dissolvendum in loco frigido, ibi dissolvetur in oleum liquidum Et quando totus fuerit dissolutus, destilletur per filtrum de cottono, & servetur nitide pro imbibitione vestræ calcis.

## *Menstruale fœtens, pro dissolutione calcis nostræ imbibitæ, cum oleo tartari, ut reaucatur in ar. vivum*

### CAPUT XV.

REc. vitrioli lib. ij. salispet lib. j. cinaprij unc. iij. Rubificetur vitriolum, & pulverisetur, post pone sal pe. & cinaprium, & tere omnia simul, postea ponas in visis aptis ad distillandum benè lutatis. Destilletur lento igne primum, ut est opus, ut nôrunt qui id egerunt. Hæc aqua distilletur sæpiùs, proijciendo fæces quæ remanent in fundo cucurbitę. & sic erit optimum vestrum menstruum sic distillatum.

## *Aliud menstruum pro lapide dissolvendo*

### CAPUT XVI.

REc. vitrioli ro. rubicundi lib. iij. salispe. lib. j. cinaprij unc. ij. omnia illa simul terantur super marmor. Deinde ponantur in grosso & forti metreto, & ponatur aquę vitę rectificatæ septies, & ponatur in fimo equino per dies 15. vase benè sigillato. Deinde ponatur ad destillandum igne lento, totam aquam in receptorio. Postea augeatur ignis usq; ad rubedinem cappę. Deinde fortificetur ignis usq; ad albedinem cappæ, postea refrigescat vas, & auferatur receptorium, & optimè sigilletur eum cera, & servetur ad necessitatem. Nota quòd menstruum debet septies rectificari per distillationem, fæces semper abijciendo, antequam ponatur in opere.

FINIS.

IO. PAVLVS

FONTANENSIS